

SPECVLVM  
PONTIFICVM  
ROMANORVM.

IN QVO  
IMPERIVM, DECRETA, VITA,  
PRODIGIA, INTERITVS,  
ELOGIA, accuratè pro-  
ponuntur:

CVM  
*Iucundis de TRADITIONIBVS  
PONTIFICIIS Quo-  
stionibus:*

PER  
STEPHANVM SZEGEDINVM  
PANNONIVM.

*Omnia ex BALEI actis Pontificiis, & variis  
Scriptis restituta, illustrata, digesta, & EPI*

*GRAMMATICIS acutis, & ar-  
guts* *et ceteris*  
*locis completis*

Accesserunt nunc hac QVARTA editione FORMV-  
LAE IVRAMENTORVM, quibus Doctores Ponti-  
ficij, Notarij item & Episcopi, Romano Pontifici  
obstringuntur, in easq; Annotationes:

ET  
Duo Loci è FR. GVICCIARDINI historia ab  
Expurgatoribus dolo malo subtrahiti.

---

Anno 1613.

**Bayerische  
Staatsbibliothek  
München**



Prudentia, pietate, &  
omnium virtutum ge-  
nere præstantis. Viro

D N.

PETRO LITERATO KADAS,  
Vngaro, vrbis Keuinæ cui integerrimo,  
Domino mihi plurimùm colendo, Gra-  
tiam & pacem à Deo PATRE per IESUM  
Christum Dominum  
nostrum.

**D**ILERTE Saluator noster  
cum Apostolo, organo ver-  
bi sui electo, de futuris Ec-  
clesie periculis admonet, po-  
stremis temporibus ventu-  
ros esse Pseudopphetas,  
eosq; homines, qui propriis cupiditatibus du-  
cti, sui amantes futuri sint, attendentes Spi-  
ritibus impostoribus, qui sanam doctrinam  
bandquaquam sint admissuri: sed eiusmodi

);( 2

## EPISTOLA

Doctorem traditiones sint comprobaturi, qui  
 mentes, quantumvis puras, ab agnita veritate,  
 ad fabulas impudicas, hominumq; com-  
 menta, & fraudes Satanicas conuertent.  
 Qua certè Spiritus prophetia nulli aetati tam  
 propria est, quàm nostra, in qua videmus né-  
 glecta iacere sacrosancta Dei eloquia, inq; eo-  
 rum locum substituta esse dogmata quadam  
 de rebus friuolis, qua innumeris Apostatica-  
 rum inuentionum abominationibus scatent.  
 Hoc astu Satana, hostis Euangelicae veritatis  
 acerrimi, effectum est, ut pro fidis Pastoribus  
 lupi rapaces innumeri, & hypocrita, pulcra  
 simulantes, in Ecclesiam ingressi sint, utq; fa-  
 cilis veritatem eludere possent, colore quo-  
 dam sua obducentes gregi Christi incredibi-  
 lia incommoda, maximaq; detrimenta attu-  
 lere. Quid enim unquam miseris ouiculis ma-  
 gis noxiū fuit, quàm eiusmodi homines splen-  
 didis Pastorum atque Episcoporum titulis lar-  
 uatos, simplices & impronidos sacro Dei pa-  
 bulo sceleratissime defraudare? usdemq; plus-  
 quàm tyrannica ferocia, omnem & benè vi-  
 uendi, & felicissime moriendi spem prae-  
 cidere. Talis certè est omnium eorum iniustissima  
 presumptio, qui inepta, sua nescio cuius Eccle-  
 sia.



## DEDICATORIA.

*sa, decreta verbo Dei praeferre non erubescunt, sed pro libidine sua confidenter aiunt, pendere Dei auctoritatem ab hominum placitis, ut Deo nihil pluri sit iuris residuum, quam quod ab Ecclesia precario accipit. Hac eorum plusquam Cynica impudentia, atque crassa ignorantia, seu stupiditas, luce meridiana clarius conspicitur: verum ne suas praestigias, quas ex putidis carnalis prudentia lacunis hauserunt, prodant, miseram ac imperitam plebeculam, rerum novarum cupidam, itemque in perniciosam suam facile ruentem, verbo Dei ad salutem animarum necessario, priuant, à lectione sacrorum Bibliorum, ab usu legitimo Sacramentorum arcant, ut ad partes sectae suae calide ac versute adiungant, & ne in re manifesta plura dicam, Christi doctrinam suppressere, ac penitus tollere conantur, dumque dimidium ac lacerum Christum habere volunt, nullum habent: pleni quippe sunt superstitionibus, quae ex Diametro naturae Christi aduersantur. Hos Spiritus Deus, qui omnia ad salutem animarum nostrarum confert, per sua organa eleganter ab actionibus eorum depinxit: Personam, inquit, sumunt Apostolorum Christi, virtute carētes sunt lupi in pelle ovium.*

## EPISTOLA

*la, simulant se Christum pio zelo predicare, Evangelium promouere, opes contemnere, sed operariy dolosi, ac scelestissimi seductores sunt, non produunt suam nequitiam primo aspectu, sed astute veritatis pretextu obrepunt, aliquo integumento ad populum illaqueandum semper utuntur, neque fraudes suas ostendunt, quin potius dant operã, ut veluti Angeli Dei in simplicitate populo appareant. Sed probo Deum immortalem, huic pestilentissima, & à luce veritatis seducenti doctrina, hisq; sceleratissimis Doctoribus ab hominibus locus datur, & quidem tanta religione, ut malint graues iniurias, iacturamq; rerum domesticarum patienter tolerare, quàm Christo sese mansuetissimè subycere. Hec cacitas perpetuò in mundo regnauit, in finem mundi regnatura, contumaciter nimirum verbo Dei, seruusq; eiusdem resistere, excandescere ad minimas occasiones ex norma legis diuina allatas, obstrepere ac murmurare identidem, abhorreere ab omni disciplina, pseudo verò Apostolis, impostoribus fucis, seruiliter sese submittere, permittere illis omnia, quicquid oneris illis imponere libuerit, subire patienter, ac perferre. Stultum populi genus, carnifices habere*

*manuit,*

## DEDICATORIA:

mauult, & magis adamat tyrannos, quàm liberatores, vereq; libertatis defensores: quemadmodum Israëlita, contempto pio Samuele, maluerunt ferre iura fastuosi & tyrannici Regis. Et hodie vix centesimus quisque reperitur, qui iugo Christi libenter collum submittat, cum tam duram Antichristi tyrannidem aequo animo sustineant omnes. Christus omnem liberat ignominia, aspersos maculis abstergit, & in gloriam extollit: at leges Romana, & Romani Pontificis decreta tantum non extorquent opes, quin etiam à mortuis tributum petunt, neq; prius emungendi finem faciunt, quàm euacuârint omnium locubos. Sed, ô infelices, qui sacrosanctum Dei eloquium nihil faciunt, multo infeliciores, qui eius Ministros ac studiosos oderunt, & ne plura congeram, infelicissimi, qui verbum Dei semel agnitum abnegant, callidèque reiciunt quibus satius fuisset, penitus non cognouisse viam iustitiae, quàm semel cognitam repudiare, & ab eo quod sancto Dei precepto traditum est, ad commentum fabulosum se conuertere. Sed accidit his illud, quod vulgò in proverbio iactatur, Canis reuersus ad proprium vomitum, & sus lota ad volurabrum.

## EPISTOLA I

*Deploranda certè sors horum est, & omnium, quos indies à veritate deficere cernimus, præsertim verò Antichristi Romani, & gregalium eius, ruina proximis, qui contra veram doctrinam insurgere, eamq; suppressere conantur, ac Salvatoris nostri gloriam sibi vendicare non verentur: imò ipsa verbi signacula, id est, Sacramenta à Christo instituta deformant, & pro voluntate carnis nova instituunt. Et quæso, quæ iam finxerunt sacrilega remedia consequenda salutis, aliena prorsus à doctrina Servatoris nostri. Itaq; Doctoribus, quos Deus maiori intellectu verbi sui ornavit, opera danda erit, ut verbi divini corruptelas, traditionesque Satanicas, adhibita verbi Dei lucerna, perspiciant, & agnoscant: agnitas verò gladio verbi Dei tollant, ut veritas Evangelica, cæno quasi barbarico obducta, in lucem Dei beneficio producat. Etsi autem Deus Opt. Max. hanc ultimam mundi senescentis ætatem plurimis beneficiis dotaaverit, & doctissimos quosque sua vinea præfecerit, qui indefessis vigiliis in hoc unicum intenderunt, ut Ecclesiam sanctam, ac rugis carentem, Deo colligere in hac vita possent, tanta tamen hominum ex-*

## DEDICATORIA.

ga Creatorem suum ingratitude & socordia, tantus deniq; abusus verbi diuini, ut ambigere possis, an Prædicatores sua voluntatis aliqui inter eos supersint. Ob quorum certè pertinaciam Deus optimos quosque viros ætate adhuc florentes ad se reuocare maturè studet, ut sic eorum animum ingratum ulciscatur. Ex his quàm plurimi fuère, qui solidis suis scriptis mendacium expugnare, & veritatem confirmare conati sunt: in quorum numerum Parentem quoq; meum, optimè de Ecclesia meritum, recensere non vereor, qui suis plusquam Herculeis laboribus solam & unicam Dei gloriam quarebat, utq; eidem Ecclesiam sanctam & immaculatam offerret, omni id studio unicum agebat. Scripsit etenim inter pericula infinita, captiuitatèque tyrannicam Locos communes admiranda methodi artificio, in tabulas (ut vocant) dispositos: deinde confessionem veræ fidei de tribus in una essentia hypostasibus aduersus omnes hostes Christi, qui diuinitatè eius negant, utilissimam. Dispositiones quoque Prophetarum, Davidis, Esaiæ, Danielis, Ezechielis, Hieremias: Euangelistarum, Matthæi & Ioannis, cum Actis Apostolorum, quibus om-

## EPISTOLA

*nes etiam Epistolas Paulinas, Canonicas, & Apocalypsin adiecit. Et ne aliquod spacium temporis inutiliter efflueret, horis quibusdam Miscellanea hac in iustam magnitudinem Opusculi, non tam mole quam utilitate sua metiendum, incredibili, accurataq; diligentia, mira breuitate congestit, ut veluti in speculo quodam (unde & nomen accepit) omnia acta facinorosa Pontificum Romanorum, & prodigia sub Pontificatu cuiuslibet facta, uno intuitu quilibet haberet. Placuit itaque mihi ex consilio virorum clarissimorum, has, qualescunque succisnas cogitationes Parentis mei, ante omnia in publicum emittere; reliquis mox subsequaturis. Nullo enim posteritatis studio flagrare viderer, degeneraq; profecto, & Paternis monumentis merito iniurius dici possem, si qua ab eodem Parente meo infractis laboribus pro communi hominum utilitate collecta sunt, suppressere, ipsiq; posteritati invidere vellem. Parui itaque honesta petitioni, & Deo in primis hominibusq; grate consuetudini, ac sub nomine tuo emittere volui: scio enim talibus scriptis te non mediocriter delectari, industriaq; tua, quam praestus in optimorum quorumq; librorum lectione, incredi-*

## DEDICATORIA.

*incredibilem, minimeq; aspernandum fructum decerpere. Optavi namque semper, ut illorum beneficiorum, qua ab ineunte aetate à te, in me incredibilia profecta sunt significationem aliquam grata recordationis praeberem, si non quàm uberrimè remunerari valerem: sed ubi parem gratiam referre nō possem, saltem non ingrati animi & esse, & haberi. Excurrerem hīc in laudes tuas, vir integerrime, si gravitas & modestia tua pateretur: quanquam amplissima tua virtus ita quidem nota est, ut non qui eam laudet, assentator, sed qui non laudet, invidus, ac malevolus merito censendus sit. Tibi autem hunc libellum inscripsi, ut habeas & Parentis mei illius scilicet, cuius quondam beneficia non minima expertus es, simulq; filij, qui de te optimè mereri vellet, gratum μνημόσυνον. Tuum itaque erit, ut hoc leuissime munusculum, argumentum sinceri mei erga te animi, aequo ac hilari vultu suscipias, meq; ut mihi iam dudum de te pollicitus sum, semper commendatum habeas, etiam atq; etiam rogo. Dominus te & Mæcenatem meum Emericum Paxium, virum multis donis Dei ornatum, socerum tuum dignissimum, quàm*

## EPIST. DEDICAT.

*diutissimè florentes conseruet, vobis adsit, suo Spiritu gubernet, atque in omnibus benedictionem suam largiatur. Vale in Domino vir eximie. Ex inclita Heluetiorum urbe Basilea. Anno Christi Redemptoris nostri 1584. 6. Nonis Maij, qua die ante annos 1213. Gratiano II. & Probo consulibus, obiit Christianissimus & constantissimus Episcopus Athanasius Alexandrinus, qui se fortiter, nulla penitus periculorum atrocitate perterritus, blasphemio Arianorum dogmati docendo scribendoq; multis annis opposuerat.*

**STEPH. SZEGEDINVS**  
**F. tui addictissimus.**

**INDEX**





# INDEX CAPITVM ET RERV M.



<b>P</b> rimatus Ecclesie Romane quomodo ceperit.	1
Paruus respectus Ecclesie Romane.	ibid.
Victor Pontifex primus erigit cristas.	ibid.
Gregorij Magni tempore ceperit controuersia de primatu Ecclesie.	2
Pboca Pontificatum erigit.	3
Constantinus I. primus Cesari pedes oscalandos exhibet.	6
Bestia Romana incipit imperare.	7
Pipini donatio Ecclesie Romane facta.	9
Matbilda Comitissa, Pontificum meretrix.	15
de Autoritate, maioritate, & primatu Papae.	16
Pontificum esse Antichristum probatur ex Doctoribus.	18
de Mutatione nominis in creatione Papali.	23
de Decretis Pontificum per successores abrogatis.	25
de Conciliis pugnantibus.	37
de Baptismo Papistico.	41
in Cena Domini quid mutatum à Papalibus.	47
de Missa Papistica.	48.270
Quaedam dicta Pontificum, quales ipsi, demonstrantia.	70
de Vita Papali.	75

I N D E X.

	<i>Lenones, Scortatores, Adulteri, Incesti,</i>	
	<i>Sodomitæ.</i>	75
	<i>Tyranni.</i>	81
	<i>Demoniaci, Magi.</i>	83
	<i>Athei.</i>	85
	<i>Bellatores, ac carnifices.</i>	ibid.
	<i>Sacrilegi.</i>	86
	<i>Proditores, seu seditiosi.</i>	ibid.
	<i>Blasphemi.</i>	87
<b>P A P A E</b>	<i>Parricidæ, ac venefici.</i>	ibid.
	<i>Turci domestici.</i>	88
	<i>Bibacissimi.</i>	ibid.
	<i>Simoniaci.</i>	ibid.
	<i>Monstrofi.</i>	89
	<i>Spurij, seu nothi.</i>	ibid.
	<i>Illiterati.</i>	90
	<i>Ariani.</i>	ibid.
	<i>quatuor simul.</i>	ibid.
	<i>tres simul.</i>	ibid.
	<i>duo simul.</i>	91
	<i>de Pontificum Fastu.</i>	92
	<i>Pontifices Cæsares excommunicant, &amp; pedibus calcant,</i>	
	<i>&amp; ad pedes osculandos cogunt.</i>	96
	<i>de Prodigis &amp; ostentis sub diuersis Pontificibus, vario</i>	
	<i>euentu.</i>	98
	<i>de Casu &amp; interitu Pontificum quorundam.</i>	109
	<i>Urbis Romæ &amp; aliquot Pötificū Elogia lepidissima.</i>	114
	<i>Dialogus de Iulio II. elegans ac festiuus.</i>	134
	<i>Dialogus de Clemente VII. Leone X. &amp; Paulo III.</i>	189
	<i>Ecclesiasticarum rerum inuentarum tempora &amp; au-</i>	
	<i>ctores.</i>	224

**Q V A E.**

I N D E X.

	{ Ecclesia Christi.	248
	{ Ecclesia Papa.	251
	{ Missa Papistica.	270
Q U A E S T I O N E S D E	{ Cælo Papistico.	286
	{ Cælo vero seu Christiano.	297
	{ Purgatorio Papali.	299
	{ Vero Purgatorio.	309
	{ Formale Iuramentorum, quibus Doctores Pontificij, Nosterij item & Episcopi, Romano Pontifici obstringuntur.	310
Francisci Guicciardini loci duo, ex ipsius historiarum libris I I I. & I I I I. dolo malo ab Expurgatoribus librorum Pontificiis detracti.	322	







# DE INITIIS ET PROGRESSV IMPËRII PON- TIFICII.

## CAPVT I.



VO tempore adhuc Romæ erat & Ecclesia & Episcopatus, mentio primatus nulla fuit: Pastores enim erant simplices, absque mitris, & in Euangelij messe ad martyrium vsq; laborantes, Christum Ecclesiæ caput agnoscens: vnus enim Christi est vniuersalis Episcopatus: quæ appellatio si in hominẽ conferatur, Gregorius sacrilegam, nefariam, sceleratam, ac Antichristi prænunciam fore passim testatur.

Ante Nicenum Concilium (teste Pio II. in Epistolis) ad Romanâ Ecclesiam paruus admodum habebatur respectus: Hic enim primû tantum suburbani Ecclesiæ ei subiectæ sunt:

VICTOR AFRICANVS primus fuit, qui auctoritate in externos vsurpata in messem alienam

falcem misit, ac de Paschatis obseruatione magnam controuersiam mouit: quem tamē increpare ausi sunt Polycrates Ephesiorum Episcopus, & Ireneus Lugdunensis, vt qui fratres in Asia communionē priuaret, quōd in Paschatis obseruatione, morem à Romana consuetudine diuersam sequerentur, atque ita Ecclesia pateretur naufragium ob eius pertinaciam.

590. Tempore GREGORII MAGNI cepit controuersia de primatu inter Romanam & Constantinopolitanā Ecclesiam. Ioannes enim Constantinopolitanus Episcopus in Græcorum synodo, p̄ vniuersali Patriarcha proclamatus fuit, Mauriciusque Imperator mandauit Gregorio Romano Pontifici obedire Constantinopolitano Patriarchæ. Gregorius verò contrā probans Petro clauēs traditas esse Romæ, Romanam sedem redigi in seruitutem Constantinopolitani Episcopi non est passus. Gregorius ad Anastasium Antiochenū & Eulogium Alexandrinum Episcopos part. 7. epist. 30. Registri, contra ambitionem Constantinopolitani Episcopi scribens; Nouit, inquit, veneranda sanctitas vestra per sanctam Chalcedonensem synodum, Pontifici sedis Apostolicę, cui Deo disponēte Seruio, hoc vniuersitatis nomē oblatum esse, sed nullus prædecessorum meorum hoc tam profano vocabulo vti consensit, quod videlicet si vnus Patriarcha vniuersalis dicitur, Patriarcharum nomen cæteris derogatur: sed absit hoc à Christiana mente, id sibi quempiam arripere, vnde fratrum

## PONTIFICVM.

tram suorum honorem imminuere ex quātula-  
cunque parte videatur. Lege & lib. 4. cap. 80. &  
82. ex Registro, & dist. 99. in decretis. Atqui ho-  
rum non Constantinopolitani modò Episcopi,  
sed Romani quoque, successores Gregorij, obli-  
ti, de primatu concertare non desierunt, donec  
Bonifacius eius nominis III. non multò à Gre-  
gorij tempore, à Phoca Imperatore, qui Mauri-  
cium vnà cum vxore, fratre ac liberis multisque  
proceribus admodùm crudeliter peremerat, ob-  
tinuit, magna tamen (vt Platina quoq; ait) cum  
contentione, vt sedes beati Petri caput omnium  
Ecclesiarùm & haberetur, & diceretur. Cuius rei  
meminit & Paulus Diaconus lib. de Gestis Loth-  
gobardorum 4. cap. 11. Hoc vbi datum est Pon-  
tificibus Romanis, veluti fenestra ad imperium  
totum aperta est, ac animum & ad Urbis & Ori-  
bis dominium adieciunt, totiq; , qua data porta,  
irruunt Pontifices. Et rerum innouationem ma-  
ximam portendebant, eius temporis prodigia  
tanta, quanta nunquam antea sunt visa, de quib;  
diligenter testantur historix. Et hæc fiebant  
à Phoca Anno ab incarnatione Domini 604.  
Ad hunc annum, additis adhuc duobus annis,  
vsq; ad Papatus initium per eundem Phocam,  
fuit 666. anni, à Consulatu Marci Tullij Cice-  
ronis & Antonij: vt aptissimè colligūt, Bibliander,  
Faneccius & alij: quando Iudæi libertatem  
amiserunt, Pontificibus eorum de primatu al-  
tercantibus. Christus enim in sua reuelatione,  
(vt colligit Bibliander) quem per Ioannem di-

lectissimum Apostolum tradidit Ecclesiæ, do-  
 minatum quendam tyrannicum prædicit affli-  
 cturum esse illam Ecclesiam Dei veram, sicut o-  
 lim fecit Nero, Domitianus & alij. Et vocat be-  
 stiam habentem duo Cornua agni similia, utiq;  
 Christi æmulam: quæ tamen loquatur ut draco,  
 ut Cacodæmon, & sæuiat nihilo clementius, &  
 fecit bestia, quæ Petrum, Paulum, & agmina in-  
 gentia Sanctorum prostravit. Quæ quidem por-  
 tentosis operibus in eum stuporem conuertat  
 mundum, ut nemo possit emere aut vendere,  
 nisi habeat characterem aut nomen bestię. No-  
 men autem notis literarum  $\chi\theta\prime$  mysticis pro-  
 fert, & ad indagandum excitat, dicens: Hic est  
 sapientia. Qui habet intellectum, computet nu-  
 merum bestię. Numerus enim hominis est &  
 numerus eius 666. Apocal. 13. Quid sibi autem  
 volunt notæ, nisi ut tempus inuestigemus, quo  
 bellua ista prodeat è terra & abyssis, ac vastet  
 Rempublicam Christianam? Quomodo autem  
 aptabis, nisi certum tempus habeas, quo Pom-  
 peius sceptrum Iudæis eripuit, iuxta celeberrimum  
 vaticinium Patriarchæ Iacob, & ingressus  
 Templum, adytum ipsum etiam profanauit? Id  
 verò factum scribitur sub Ciceronis Consulatu,  
 ut dictum est, Iosepho etiam teste, anno ante  
 Seruatore natum 60. Illis 60. annis fradungas  
 606. vsq; post mortem Gregorij Magni, qui va-  
 ticinatus est illum fore Antichristum, qui vni-  
 versalis Episcopus haberi vellet, aut omnium  
 Ecclesiarum caput. Circumspice igitur oculis  
 vigilatis



vigilantibus, qualia tempora fuerint anno 666.   
 à capta Hierosolyma per Romanos, duce Pom-   
 peio: & stupenda quædam occurrent temporis   
 Phocæ huius Imperatoris, de quo Guliel-   
 mus Stanphurdus in sua Farragine:

*Suffocat Phoca Imperium, stabilitq; Papatum,*

*Impia per regni mittendo diplomata fines,*

*Præmatum Latij quibus antitbeiq; Draconis*

*Fortiter ad cunctam confirmet posteritatem:*

*Et bona quod facies fieri cupit illicò Præsul:*

*Eduntur toto bullata diplomata regno.*

Deinde numerum istum mysticum, plenum sa-   
 pientia quadam singulari, apta natali Christi, a-   
 pta passioni Dominicæ, apta ei tempori, quo Tis-   
 tius evertit urbem: aut Domitiani 15. Anno, quan-   
 do Apocalypsis scripta est, & semper aliquid mon-   
 strorum in Ecclesia offendet. Sub isto itaque   
 Phoca tyranno & Cæsaricida (quod in Papis my-   
 sterio non vacat) Papismus & Mahumetismus   
 simul sunt exorti: qui multis in regionibus do-   
 ctrinam de Filio Dei corruerunt, obscurarunt,   
 labefactarunt. Nam altero eiusdem Phocæ Cæ-   
 saris anno, penes Bibliandrum, Mahumetes Al-   
 coranum recitavit: ita ut simul (inquit) exper-   
 gegiant tria capita Aquilæ, iuxta diuinum som-   
 nium ex 4. Esdræ libro: scilicet Phocas ipse, Pa-   
 pa Bonifacius, & Mahumet Arabs.

Tempore EUGENII I. incipiunt rapere pos-   
 testatem gladij civilis: iussit enim Eugenius ut   
 Episcopi carcerem haberent ad plectenda deli-   
 cta Clericorum.

676. **DONI I.** tempore Rauennatum Ecclesia hætenus Alliocephalis dicta, quòd à Romana Ecclesia dissentiret, blanditiis Pontificiis, Theodoro suo Archiepiscopo consentiente, Romanę synagogę subiecta est. Mortuo tamen Theodoro, Felix, eorum post Theodorum Archiepiscopus, conatus est Papę iugum excutere, atque amisam libertatem recuperare, sed Iustinianus Constantini filius à Pontifice Leone I I. inductus, strage, oppugnatione vrbis, direptione bonorum, exilio, & id genus malis, compulit Rauennates subesse Romano Pontifici, Feliciq; antistiti, quòd defectionem suasisset, candenti ferro oculos eruit, atque Pontum in exilium misit.

711. **CONSTANTINVS I.** natione Syrus, primus est, qui Cæsari Iustiniano, suo Domino, pedes osculandos exhibet: id quod ab Ethnicis, teste Plutarcho, & Diocletiani exemplo sumptum esse videtur. Hic enim edicto sanxit, vt omnes prostrati pedes sibi oscularentur, quibus etiam venerationem quandam adhibuit, exornās calceamenta, auro, gemmis, &c. Philippicum Bardanem, Iustiniani successorem, idolorum abominationem non ferentem, quòd statuas ex Ecclesiis sustulisset, impietatis damnauit: & ne Imperatoris hæretici (vt pium Principem iudicabat) imago reciperetur, siue auro, siue argento insculpta, constituit, omnesq; monetas eius anathemate notauit: Et tandem Anastasium, quendam Arthemium, imaginum defensorem, contra ipsum Cæsarem excitauit: qui captum illum

lum imperio atque oculis priuauit. Kerendum & Offam, duos Anglosaxonū Reges, qui peregrinationis gratiā relictis regnis, Romam uenerant, in Monachos vertit.

Huius Pontificis tempore, cū Ticinensis Episcopus longa lite obedientiam Mediolanensi Archiepiscopo negasset, Constantinus præcipit, vt Ticinensis Episcopus tantū obtemperaret Romano Pontifici. Hoc est quod dicitur, Mus & rana certāt de imperio, & miluus rapit vtrunq̃.

Hic incipit Romana Bestia imperare: subditos enim Imperatoris LEONIS Isauri, propter sublatas imagines, in apertam rebellionem perduxit GREGORIUS II. totam Hesperiam, 731. Æthi-  
miliam, Liguriam, Italiam, & alias terras ab eius obedientia decedere fecit, & vectigalia quæ soliti Christus iussit, Antichristus iste interdixit. Atque ita sunt Orientis Imperatores Italiæ regno per hunc Antichristum priuati. Mira hæc inuersio est: qui antea cōfirmari solebat per Cæsarem, iam Cæsarem imperio priuat. Hoc non didicit à Christo, neque ab Apostolis eius. Antea Roma quando ab exteris Principibus vim patiebatur, solebat auxilia petere à Constantinopolitano Imperatore: id verò facere Gregorius noluit, sed opera Regis Galliæ contra Cæsares & alios Reges utebatur, si vel in minimo eius affectibus obsisterent: atque hac arte effectum est, vt Roma cū tota Italia ab Imperatore Cōstantinopolitano deficeret. Luitprandum Italiæ Regem, renitentem primò, autoritate sua

compulit, Arithperti donationes iniustas ad Cleri luxum ratas habere.

742.

**GREGORIUS III.** Dominum suum Imperatorem Leonem, Clero consentiente, excommunicauit, quòd imagines destrueret: & Italiam ipsam omnem prædecessorem secutus, Imperatorio Sacramèto absoluit. Tandem primus Francorum Regum opem contra hostes implo-  
rauit: dum enim Luitprandus Longobardorum Rex imperandi cupiditate motus urbem Romam obsideret, captis circumquaque oppidis omnibus, Gregorius hic legatos mittit in Franciam, qui Carolum, cognomento Marcellum, Pipini patrem rogarent, vt primo quoque tempore laboranti Romæ & Ecclesiæ auxilium ferret. Carolus autem suscipit patrocini-  
um, & Romam obsidione soluit, Luitprando Rege & com-  
pate suo ab incepto amica exhortatione retra-  
cto. Cæterùm isto beneficio adeò sibi obnoxios fecit Romanos Episcopos Princeps Francus, vt Zacharias I. Gregorij III. successor, Pipino Caroli filio in re inhonestissima obsequium suum non denegaret. Ambiebat enim regnum Franciæ Pipinus, ipsumq; Chilperichum dominum suam, antiqua & nobili Regum Francorum familia satum, & Regem ex Meronea gète vltimū regno exuere, & sese regio diademate insignire ardebat. Cuius rei gratia ad Zachariam mittit, ille votis annuit, Patris beneficiorum memor, Pipinum vnâ cum omnia suis absoluit à sa-  
cramento Regi Chilpericho dato, Chilperichū  
verò

verò, cui ex amplissima stirpe Regia regnum Franciæ debebatur, capillo tonso monasterio includit, & vt id citra malam suspicionem fieret, fingit ad regnum administrandum inutilem esse Chilperichum, & fuisse antè Monachum, Samuelem nomine.

Pipinus Rex Francorum factus, vt Romanis Pontificibus gratificaretur, **STEPHANO II. 757.** Pontifici ab Aistulpho Longobardorum Rege oppresso, & in Galliam fugienti suppetias tulit, bisque traiectis Alpibus in Italiam cum exercitu properans, tandem Aistulphum coegit reddere, quæ abstulerat, hoc modo vicem repensurus Pontifici pro confirmatione imperij. Datus est ergo Pontifici exarchatus Rauennæ, & quicquid Padum & Apenninum interiacet, à Placentinis vsq; ad stagna Venetorum, & quicquid intra Isaurum flumen, Apenninum & Adriaticum continetur, & quæcunq; Aistulphus de Hetruscis & Sabinis ceperat. Hæc omnia Pipini munificentia Pontifici sunt donata, ne quicquam reclamante legatione Cæsarea.

Atque hæc est, quam falsissimo titulo, Constantini Magni donationem vocat, Et hac ratione Cæsar Exarchatu illo omnino spoliatus est. Ceciditque cum illo (horribile malum!) tertia Romani Imperij dynastia: Et destructum, per eius amissionem, Orientale imperium. Occidentale mox futurum, vires etiam amisit. Sed Stephanus tanto spolio lætus, Pipinum Spurium cum duobus filijs, per nouam vnctionem

confirmavit, eique ac toti eius progeniei, in magna Dei maledictione, fur furi benedixit, à perjurio eum absoluit, immunem fecit, & omnes illi in posterum contradicentes anathematizavit. Chilpericum verò, hæreditario regno antè spoliatum, de tonsa capillo, monasterio denuò mancipavit. Ad terram se prosternebat Pipinus, Pontificis pedes mox osculabatur, stapedes apprehendit, frenum accepit manu, stratoris officium adimplevit, ac perpetuam fidelitatem iuravit. Hinc eorum opes, fastus ac tyrannides, radices sumserunt. Hinc Papa omnium Christianorum Principum deus terrestris esse cepit, & mundi Monarchas sibi subditos fecit: & ut pro tam splendido beneficio gratias Deo referret, letanias Romæ per omnes Ecclesias fieri mandavit, Apostolorum calvarias cum alijs Sanctorum reliquijs ferri & ostendi iussit: ac se pontificaliter in populi medio cum summis triumphis, tanquam alter Alexander aut Philippus Macedo, aut Cæsar ipse Indus, ad Lateranensem Basilicam à perferarijs gestari permisit. Quod & à posteris pro magna religione observatum est, ut hominum humeris deportarentur. Patrum traditiones autoritate firmavit; prodictiones principibus factas remisit. de Imperij à Græcis ad Gallos translatione, Græcorum odia, cogitavit: Et quidquid erat imperio violenter ademptum, D. Petri patrimonium posthac dici voluit.

Patris exemplum imitatus est Carolus filius,  
cognos

regnamento Magnus, qui precibus & querelis  
**HADRIANI** Pontificis in Italiam euocatus, 697.  
 Desiderium vltimum Longobardorum Regem,  
 quod Pontifici nonnullam irrogasse videretur  
 iniuriam, fundit, fugat, Papiæ obsidet, & tandem  
 vniuerso regno exiit. Deinde & cum Pontifice  
 fœdus ferit, mutuo sibi sacramento interposito,  
 pollicentes perpetuam se amicitiam seruatuos,  
 & communes eorum hostes fore, qui alteram  
 partem laceffissent: præterea quæ dono pater  
 Pipinus superioribus Pontificibus dederat, ea-  
 dem ipse amplioribus priuilegijs confirmauit,  
 denuo iureiurando interposito. Et Venetiam,  
 Histriam, ducatum ForoIuliensem, ducatum  
 Spoletanum ac Beneuentanum, atque alias ter-  
 ras Petrinæ possessioni addidit. Romanæ vr-  
 bis & Italiæ principem Hadrianum fecit: ac Pa-  
 patus Imperium, deleto Longobardorum re-  
 gno, firmavit: Hadrianus rursus Christianiss-  
 mum Regem Carolum vocari iussit, patricium  
 Romanum fecit, ac ius conferendi patriciatus  
 eidem dedit: atq; vt solo nomine Romanus Im-  
 perator diceretur, ordinavit.

**LEO III.** cum pontificatū iniisset, statim misit  
 ad Carolum claues S. Petri, vrbisq; Romani ve-  
 xillum, & alia munera, & ab eo petiit, vt Roma-  
 num populū sacramēto fidei sibi subiiceret: id  
 quod Carolus gratiam Leoni relaturus, fecit.  
 Hinc odium populi in Papam ita excitabatur, vt  
 nacti furoris magistros, in quadam processione,  
 equo deiectum, habitu pontificali nudarent, ac

multis verberibus cæderent. In quo tumultu, non oculis priuatus, & lingua mutilatus erat, atque (vt Papistæ tradunt) diuinitus postea restitutus: vt eius autoritatem splendidis mendacijs amplificarent: sed in vincula solùm in **D E R A S M I C œ n o b i o** coniectus, & tandem elapsus, vt **Mantuanus** in 4. **Fast.** testatur:

*Ille diu Romanorum seuisima passus  
Iurgia, damna, minas: iter est ingressus ad Alpes,  
Vt sibi Gallorum regem sociaret, & illo  
Auspice, terrerem Romana euaderet ira.*

Tandem adueniente **Carolo**, metu compulsi **Romani** eum receperunt. Pro quibus officiis gratiam relaturus (Anno Domini 801.) hic **Pontifex** magna voce eum **Imperatorem** declarauit, inunxit, ac diademate ornauit, **Romano** populo acclamante, **C A R O L O A V G V S T O M A G N O I M P E R A T O R I V I T A E T V I C T O R I A**. Hinc mos mansit, vt qui Imperij sceptrum arriperent, à **Pontifice Romano** inungerentur, & omissò nomine patricio, **Imperatores** & **Augusti** dicerentur.

Huc verò pertinet nunc **Ludouici Caroli filij** donatio, quæ isti à fauore & beneuolentia in **Romanam** sedem appellarunt **Pium**, quemadmodum **Pipinum** cognominarunt **Christianissimum**. Eam donationem si quis legere cupit, § 42. inueniet diligenter conscriptam à **Raphaele Volaterrano** in gestis **Pipini**, & **Carolorum**, libro **Geograph. 3.** Summa eius hæc est: -

Ego **LVDOVICVS** Imperator concedo tibi  
Beato



PONTIFICVM.

Beato P E T R O , & vicario tuo, domino P A S C H A L I , successoribusq; eius in perpetuum, ciuitatem Romam, cum sua iurisdictione, omnibusque circa terris, ciuitatibus, portibus, ac maritimis locis Hetruriæ. In ea denique Mediterranea Urbem veterem, Balneoregium, Viterbium, Soanam, Populoniam, Rosellas, Pessinum, Maturatum, Sutrium, Népe. Versus Campaniam, Ananiam, Signiam, Ferentinum, Alatrium, Patricum, Frusinonem, cum omnibus circa oppidis & vicis: necnon exarchatum Rauenne integrum, sicuti piæ recordationis Carolus pater, & item Pipinus auus noster Beato P E T R O dudum concessere: videlicet Rauennam, Bouium Æmiliam, Forum populi, Forumliuij, Fauentiam, Imolam, Bononiam, Ferratiam, Comatum, Adriam, Ceruiâ. In Marchia Pisaurum, Fanum, Senogalliam, Anconâ, Auximum, Numanam, Esium, Forumsempronij, Feretrum, Vrbium, Territorium. Valnense, Callium, Luceolos, Eugubium. In Campania, Soram, Aquinum, Arpinum, Theanum, Capuam. Patrimonia quoque ad nostram pertinentia ditionem, Beneuentanum, Salernitanum, Calabria superioris & inferioris, ac Neapolitanum: ducatum insuper Spoletinum, Tuder, Otriculum, Narniam: reliquaque eius ditionis. Insulas quoque inferi maris Corsicam, Sardiniam, Siciliam. Quæ omnia piæ memoriæ Pipinus auus, deinde Carolus Imperator genitor noster Beato P E T R O , eiusque successoribus

DE AVTORITATE, MAIORITATE & PRIMATU PAPÆ PROPOSITIONES DECRETALES.

## CAP. II.

- 1 PONTIFEX Romanus Deus est. *dist. 96. ca. satis euidenter.*
- 2 Papa non est homo. *lib. 1. Sexti. de electione. tit. 6. ca. fundamenta. in Glossatore.*
- 3 Papa nec Deus est, nec homo. *in prologo Clementinarum. in Glossatore.*
- 4 Nulli fas est vel velle, vel posse transgredi Apostolicæ sedis præcepta. *dist. 20. ca. nulli. Item dist. 12. & 22.*
- 5 Statutis Papæ non obediens hæreticus est. *ibid. in gl.*
- 6 Sacrilegium committit, qui Papæ mentitur: ipse enim obtinet vicem Dei viventis in terris. *de pœnit. dist. 1. ca. libenter ignosco.*
- 7 Papa est Episcopus totius orbis. *lib. 5. Sexti. ca. Felicis. in gl.*
- 8 Papa totius mundi obtinet principatum. *lib. 3. Sexti. tit. 16. can. periculoso.*
- 9 Papæ nullus audeat dicere, Domine cur ita facis? *in extrauag. tom. 22. tit. 5. ca. ad Apostolatus. in glos. 2. lib. 1. Decretal. tit. 7. can. 5. Vide glossam.*
- 10 Papa per hæc verba obtinuit principatum. Tu es Petrus: vel, Pasce oues meas. *in proemio Sexti. in gl.*

ti. Pa.

- 11 Papam nullus mortalium iudicare potest. *caus. 9. quest. 3. can. nemo. Item aliorum, & dist. 40. can. si Papa. cau. 12. quest. 2. can. quisquis. in gl. dist. 40. can. non nos. in Glossatore.*
- 12 Nemini est de sedis Apostolicæ iudicio iudicare, aut illius sententiã retractare permissum. *cau. 17. quest. 4. can. nemini.*
- 13 Papa contra Apostolum dispensat. *dist. 34. can. lector. in glos. dist. 82. can. presbyter. in glos. caus. 15. q. 6. can. auctoritatem. in Glossatore.*
- 14 Papa cœlestè arbitrium habet. *lib. i. Decret. Gregorij. tit. 7. can. Quinto.*
- 15 Papa naturam rerum immutare potest. *ibid.*
- 16 Papa de nihilo aliquid facere potest. *ibid.*
- 17 Papæ in his quæ vult, est pro ratione voluntas. *ibid.*
- 18 Papa potest supra ius dispensare. *ibid.*
- 19 Papa de iniusticia potest facere iusticiam. *ibid.*
- 20 Papa plenitudinem obtinet potestatis. *ibid.*
- 21 Quanta est inter Solem & Lunam, tanta inter Regem & Pontificem differentia. *lib. i. Decret. Greg. tit. 33. solita.*
- 22 Iniuste damnati restitutionem, & oppressi auxilium à Romana ecclesia debent habere. *caus. 3. quest. 6. can. idè.*



## DE PROPRIA PONTIFICVM

*Romanorum appellatione, quòd sint Anti-  
christi: id quod ex Doctoribus  
probatur.*

## CAP. III.

**I**RENEVS: Antichristus cum sit seruus, quasi  
Deus vult adorari.

GREGORIUS in Registro lib. 4. cap. 82. non  
veritus est pronũciare, eum esse Antichristi præ-  
cursorem, qui pateretur se appellari Vniuersa-  
lem, & summum Pontificem.

Et in Epistola 35. ad Ioannem Episcopũ Con-  
stantinop. qui hunc sibi titulum vsurpauerat, O-  
moia, ait, quæcunque prædicta sunt, fiunt. Rex  
superbiæ (Antichristus nimirum) propè est, &  
quod dici nefas est, Sacerdotum ei præparatur  
exercitus.

GREGORIUS ad Mauricium Impera-  
torem: Ego (inquit) fidenter dico, quod quis-  
quis se vniuersalem Sacerdotem vocat, vel vo-  
cari desiderat in elatione sua, vel Antichristum  
præcurrit, quod superbiundo se cæteris præpo-  
nit, nec dispari superbia ad errorem ducitur.  
Quia sicut peruersus ille Deus vult videri su-  
per omnes homines, ita quisquis ille est, qui so-  
lus Sacerdos appellari vult, super reliquos Sa-  
cerdotes.

ARNVLPHVS Aurelianensis Episco-  
pus ante annos 590. in concilio Remensi pa-  
lãm de Pontifice Romano loquens, inquit:  
Quid

Quid hunc in sublimi solio residentem, veste purpurea radicantem, quid hunc, inquam, esse censetis: nimirum si charitate destituitur, solaque scientia inflatur, & extollitur, Antichristus est in templo Dei sedens, & sese ostentans, quasi sit Deus.

BERNARDVS, qui vixit circa annum 1150. in libro Considerationum 2. 3. & 4. in Papam; quasi in Antichristum inuehitur, quod omnem potestatem ad se trahendo ordines in Ecclesia confunderet.

EBERHARDVS Salisburgensis Archiepiscopus in concilio Reginoburgensi, quod circa annum 1240. propter Romanorum Pontificum tyrannidem cogebatur; inquit: sub Pontificis titulo, pastoris pelle lupum sanissimum; nisi cæci essemus, sentiremus; Romani Pontifices anima in omnes habent Christianos, audendo, fallendo, & bella ex bellis ferendo, magnifacsi oues trucidant, pacem ac concordiam terris depellunt, intestina bella, domesticas seditiones ab inferis eliciunt, indies magis atque magis omnium vires debilitant, vt omnium capitibus insultent, omnes deuorent, ac vniuersos in seruitutem redigant. Hyldebrandus ante annos 100. atque 70. primus specie religionis Antichristi imperij fundamenta iecit: hic bellum nefandum primus auspicatus est, quod per successores hucusque continuatur. Et mox Pontifices Babylonis soli regnare cupiunt, ferre parem non possunt. Credite experto, non

cessabunt, donec Imperatore in ordinem redacto, Romani Imperatorij honore soluto, pastoribus veris oppressis per hunc morem omnia extinguant, omnia pedibus suis conculcent, atque in templo Dei sedeant, extollanturque super omne id, quod colitur. Qui seruus seruorum est, dominus dominorum, perinde ac si Deus esset, esse cupit. Noua consilia sub pectore volutat, vt proprium sibi constituat imperium, leges commutat, suas sancit, constaminat, diripit, spoliat, occidit perditus ille homo, quem Antichristum vocare solent, in cuius fronte contumeliæ nomen scriptum est, Deus sum; errare non possum. In templo Dei sedet, longè latèque dominatur. Et reliqua, quæ legere licet fol. 685. in 7. lib. Auentini.

Abbas IOACHIMVS Calaber, qui circa illa tempora vixit, Papam identidem Antichristum appellat.

FRANCISCVS PETRARCHA circa annum 1350. acerbissima in Romanum Pontificem, eiusq; Curiam scripsit, præsertim epist. 20.

MARSILIVS Patavus acerrimè libro quodam inuehitur in Pontificem & leges eius, ante annos 220.

Eodem seculo floruit & MICHAEL CETENAS generalis Minoritarum, qui palàm accusauit Papam, vt Antichristum.

HIERONYMVS SAVANOROLA Ferrariensis manifestè prædicauit per Italiam Papam esse Antichristum: quamobrem Florentiæ ab  
Alexans

Alexandro VI. crudelissimè est combustus.

FLYBENTINVS Præsul circa annum 1101. Antichristum tunc dixerat esse manifestum, cum vidisset in Ecclesiis tot mala fieri. Contra hunc Paschalis II. Romæ cum Episcopis Italiæ & Galliæ concilium indixit, ac multis tandem iniuriis illum repressit.

NICOLAUS Gallus circa annum 1245: Innocentij III. tempore, magna erat mundi execratio, veritatis amissio, populi perditio, at fidelis Christi seruus deformatum Christi statum piis lachrymis deplorans, aculeatum in Pontifices librum (igneam sagittam vocabat) emisit.

THOMAS RHEDONIVS Carmelita Gallus, circa annum 1436. in ducatu Britannia natus, celebris, Antonio teste, concionator, inter concionandum per Italiam & Galliam solitus erat dicere, ac docere, Romæ magnas abominationes fieri, Ecclesiam magna reformatione indigere, & quod Prælati deposito fastu ac luxu deberent modestius, instar Christi & Apostolorum vivere, iniustasq; Papæ execrationes non esse timendas. Ob has grauissimas hæreses, & in Papatum blasphemias, curauit eum Antichristus Eugenius III. Romæ, anno 1436. exuri, de Sacerdotum quoq; coniugio piè sensit, dum scripsit in salutem esse multarum animarum, si continere non valentes, nuptiis uti, Græcorum more permitterentur. Vide de hoc Antonini testimonium parte 3. tit. 22. cap. 10. & Baptistam

Mantuanum de Vita beata, cap. vltim. de hoc extat distichon:

*Post tormenta pius (sibi dant quæ carcer & ignis)*

*Martyr ad æthereas conuolat ille domos.*

LAVRENTIVS VALLA Patricius antè annos 100. sese Romano Pontifici obiecit, & Romam Babylonem illam appellat, propter quod actus est in exilium, sed à Rege Neapolitano honorificè exceptus.

## DE ACTIS PONTIFICVM

*Romanorum, quod in nouem membra diducitur.*

### C A P. IIII.

- 1 **P**RIMVM est de mutatione nominis in creatione Papali.
- 2 De decretis Pontificum pugnantibus.
- 3 De Concilijs pugnantibus.
- 4 De abusionibus & additamentis Baptismi.
- 5 De abusionibus & additamentis Cœnæ Dominicæ.
- 6 De Confessione seu vocibus Papalibus.
- 7 De Vita Papali.
- 8 De contentione de Papatu, vnde factum vt duo, tres, aliquando & quatuor Pontifices electi sint.
- 9 De fastu Pontificum portentoso, quem cum alibi, tum aduersus Cæsares excõmunicationis fulmine, & pedum ad osculum exhibitione demonstrarunt.

*Primum*



*Primum membrum est de Mutatione nominis in creatione Papali, ac primum de origine, deinde de de causis mutationis.*

**S**ERGIVS II. anno 844. mutandorum nominum initium successoribus dedit, qui cum Os porci antea diceretur, ad obscenam appellationis vocem tollendam datum est ei, vt aliud sibi nomen optaret.

*Causa mutationis quinque.*

I. Propter ministerium: Pontifices enim baptismi sui gratiam aperte ac manifeste respuerunt, honorificentius æstimantes nomen in vntione à miseris hominibus excogitata, susceptum, quàm quod in baptismo à Christo Seruatore instituto, acceperunt. Sic & Monachi, Christi nomine reiecto, assumpta statim cuculla humana & externa vocabula induerunt, ac propterea Christiani esse desierunt. Qui enim alio, quàm Christi nomine vocatur, hic non est Dei, vt testis est Ignatius ad Magnesianos.

Secunda causa, vocis obscenitas: hic enim Romano Pontifici habetur honos, vt si minus honesto, vel pulcro honestetur nomine, ei statim creato liceat illud mutare, vnde

*Os porci, Sergius II. appellatus est.*

*Nicolaus Brekspere, Hadrianus III.*

*Barbas, Paulus I.*

*Cibo, Innocentius VII.*

*Borgia, Alexander VI.*

*Ioannes Maria, Iulius III.*

b 4

*Cerninus*, Marcellus II.

**Tertia** causa vocis deformitas, vnde

*Brunc*, Gregorius V. appellatus est,

*Gilbertus*, Syluester II.

*Geberhardus*, Victor II.

*Hildebrandus*, Gregorius VII.

*Nolandus*, Alexander III.

*Vbaldus*, Lucius III.

*Synobaldus*, Innocentius III.

*Nertrandus*, Clemens V.

*Grimaldus*, Urbanus V.

**Cosmanus**, Innocentius VII.

**Piccolbomineus**, Pius II.

*Corrarius*, Gregorius XII.

*Cossa*, Ioannes XXIII.

*Condelerius*, Eugenius III.

*Sarzanus*, Nicolaus V.

Quarta mutationis causa est **sexus**: nam cum mulier, eaque meretrix, in Pontificem eligeretur, virilem mentita sexum, masculino nomine appellata est.

*Gilberta* primum Ioannes in Papatu dicta, vt nomine ipsa meretricis immundicia tegetur.

Quinta causa natura seu ingenium Papae electi: qui enim mali erat ingenij, aut naturae, nomine suae naturae contrario, in ipsa electione appellabatur, vt nomine ipso honestiori omnis tegetur malicia, & vt nomine saltem, si non re ipsa, Pontifex ornamento esset sedi (vt vocant) Apostolicae. vnde si homo maleficus antea fuerat, *Bonifacius* appellabatur: si timidus,

dos, *Leo*: si rusticus, *Urbanus*: si improbus, *Innocentius*: si ferox, *Clemens*: si malè audierit, *Benedictus*: si deformis, *Formosus*: si defes, aut ignauus, *Gregorius* dicebatur: si minus gratus, *Ioannes*: si infelix, *Felix*: si impius, *Pius*: si victus aliquoties, *Fictor* nuncupabatur.

*Secundum membrum de Decretis Pontificum, per successores abrogatis, vnde constat eos errare posse, ac decreta illorum non a Sancto, sed immundo spiritu profecta esse.*

### *De Communione.*

**INNOCENTIVS III.** Laicis calicem in Eucharistiæ communionem ex decreto Concilij Lateranensis primus prohibuit, ac paschalem communionem ordinavit; sub **EVGENIO III.** in Concilio Basiliensi communicatio sub vtraque specie comprobata est, & vt frequenter sumatur, institutum; sic & **Anacletus** instituit.

### *De sepositione Sacramenti.*

**INNOCENTIVS III.** & **HONORIVS III.** statuunt Eucharisticum panem in Templis in loco singulari, mundo & signato, honorificè cōseruari, vt est lib. 3. *Decret. Greg. tit. 41. cau. sanè cām. & de consecr. dist. 2. can. Presbyter.*

**CLEMENS** ne in crastinum quidem cōseruandum esse decreuit. *de consecrat. dist. 2. can. tribus gradibus.*

*De Pane azymo in Cœna.*

CLEMENS III. & HONORIVS III. azymos panes & vinum lymphatum in Missis haberi mandavit, vt est lib. 3. *Decret. tit. 41. can. literas.*

GREGORIVS I. azymis vel fermentatis vti liberum esse dicit.

*De Missa Latina.*

VITELLIANVS II. AGATHON I. Missam Latinam à multis Papis consutam, & instar Esopicæ corniculæ emendicatis aliunde plumis ornatam, approbârunt, ac præceperunt.

NICOLAVS I. Sclavis & Polonis Missam in sua lingua fieri permisit.

*De Missa Concubinarij.*

ALEXANDER I. statuit Missam non esse audiendam à Sacerdote concubinario factam, quod nunc obsoletum videtur, alioquin nemo Missas audiret sub toto ferè Papatu. *distinct. 32. præter hoc item nullus.*

LVCIVS igitur III. contrarium statuit, vt Missa concubinarij audiri posset, & ab eodem Sacramenta percipi.

*De Coniugio, ac primùm de gradibus.*

GREGORIVS, IVLIVS & NICOLAVS statuunt nullum ex propinquitate sui sanguinis, vel vxoris ad septimum vique gradum vxorem ducere posse: & additur ratio ineptissima, de mundi statibus. *de hoc lege caus. 35. q. 2. 3. & 4.*

Nunc

Nunc inter collaterales prohibita sunt consubia intra quartum gradum. Olim fratrum filiis & filiabus licuit inter se contrahere consubia, Romanis etiam legibus, ac Mosaicis, ut est *can. 35. q. 3. can. quedam lex. & q. 5. can. ad sedem.*

INNOCENTIUS III. relaxatis duobus aut tribus gradibus, statuit prohibitionem copulæ conjugalis: quartum consanguinitatis & affinitatis gradum excedere non debere, & addit hællem sanè rationem: Quia quatuor, inquit, sunt humores in corpore humano, qui constant ex quatuor elementis. *leg. de hoc lib. 4. Decret. Gregor. tit. 14. can. non debet auunculi mortui uxorem ducere.* quod à Gregorio III. permissum erat, Zacharias Græcus iniquum iudicauit.

### *De Sacerdotum coniugio.*

SACERDOTVM coniugium damnant Syrius, Pelagius II. Martinus II. Agathon, Nicolaus I. Ioanes XII. Leo IX. Gregorius VII. Urbanus II. Paschalis II. Calixtus II. Honorius II. Innocentius III. Pius II. eorum coniugia approbavit: nam inter proterbiales sententias scripsit, Sacerdotibus magna ratione ademtum coniugium, maiori restituendum videri.

### *De Diuortio.*

GELBSTINVS de dirimendo matrimonio aliter sensit, quàm Innocentius III. siquidem ius facit alteri coniugium iterare matrimonium, si alter fuerit in hæresim prolapsus. Innocentius

id negat, vteft in 4. *Decret. tit. 19. can. quanto.*

Gregorius I. diremtos abſque coniugio manere cogit. *cauf. 32. queſt. 7.*

Zacharias & Innocentius III. innocenti perſonæ coniugium permittunt. *lege cauf. 12. queſt. 7. can. concubuiſti. & cauf. 28. queſt. 1. can. ſi infidelis. Item lib. 4. Decret. tit. 19. can. quanto.*

### *De bigamis Sacrificulis.*

SYRICIVS bigamos à Miſſæ miniſterio ſub-  
mouit, Gelaſius eos ad ſacerdotium admittit.

### *De Imaginibus.*

Imaginum cultus approbatus à Leone I. Gregorio II. Gregorio III. Constantino I. Stephano III. Fladriano I. Eugenio II. Innocentio III.

Ioannes XXIII. imagines ac picturas deteſtatus eſt.

### *De Monachis.*

BONIFACIVS IV. Monachis prædicandi, baptizandi, & abſoluendi poteſtatem tribuit.

Gregorius eos baptizare noluit, nec Môniales baptizatorum commatres fieri. *lege cauf. 16. q. 1. ad iycimus.*

Innocentius III. Eugeniſius III. vota monaſtica approbavit.

Ioannes XXIII. pro ſolidis articulis tenebat, quod Chriſtus aliam pietatis regulam Apoſtolis non dediffet, q̄ cæteris Chriſtianis, quod Apoſtoli votum paupertatis aut caſtitalis nunquam vouerint, & quod vota nihil faciant ad perfectionem.

Pius

Pius II. Mendicâtes Monachos Diaboli man-  
tipia esse dicebat.

*De Rerum proprietate.*

IOANNES XXIII. & Nicolaus IV. pugnanti-  
tia decreta reddiderunt. Nam Nicolaus pronun-  
ciauit Christum & Apostolos nihil habuisse,  
nec commune, nec priuatim: alter pronunciauit  
habuisse.

*De Horis canonicis.*

PELAGIUS I. instituit, vt Clerici quotidie  
canonicas horas septies murmurarent.

Gregorius I. præcepit, vt Ministri verbi non  
modulationi vocis inseruiant, sed potius prædi-  
cationis officio & eleemosinarum studio, vt est  
*dist. 92. can. in sancta.*

*De Decretis Pontificum.*

STEPHANVS V. statuta Romanæ Ecclesiæ  
omnibus necessariò obseruanda esse primus de-  
creuit, *dist. 19.* Enimuero Nicolaus Papa senten-  
tiam Romanæ sedis in melius cõuertendam esse  
decreuit, vt est *caus. 35. q. 9. can. sententiam.*

*De Autoritate Pontificia.*

ALEXANDER III. Pontificem Romanum à  
nemine iudicari debere decreuit. Ita & Bonifa-  
cius II X. vt est *dist. 40. can. si Papa.*

Leo IV. statuit, vt subditi Prælatos suos ac-  
cusare possint. *caus. 2. q. 7. can. nos si.*

*De Romana Ecclesia.*

**CALIXTUS I I.** & Romana ecclesia dissentire non licere decreuit, addens bellam rationem: **Vt Filius, inquit, venit facere voluntatem Patris, ita Christianos oportet facere voluntatem matris Romanæ ecclesiæ: matris, scilicet magnæ concordationum, & abominationem terræ, Apocal. 17.**

**Fabianus Papa** contrarium statuit, vt est *caus. 11. q. 3. can. qui omnipotentem.* Item, *Si Deus non semper. Lege & Symmachi decretum, caus. 8. quest. 4.*

*De Prædicatione verbi.*

**GREGORIUS IX.** statuit, ne Laici Euangelium prædicarent, cuiuscunq; sint conditionis.

**Anastasius I I.** statuit, non requiri quis, vel qualis prædicet, sed quid prædicet, vt est *dist. 19. can. secundum Ecclesiæ.*

**Ac Felix I.** instituit, vt in necessitate etiam non Sacerdotes missas celebrarent, vt scribit Platina in vita Felicis.

*De Anno Iubileo.*

**BONIFACIUS I I X.** Iubileum Iudaico more centesimo anno seruari mandauit, & Romam aduentibus indulgentias plenarias, ac peccatorum remissiones iussit, vt ex vrbis confluxu agnatas & amicas nocturnas ditaret.

**Clemens VI.** ad 50. annum, auri gratia, Iubileum reduxit, & absens anno Domini 1350. Romæ celebrauit, & erant quotidie intra dictum annum (vt Præmonstratensis narrat) quinque millia



millia peregrinorum intrantium & exeuntium Romam.

Bonifacius I X. Iubileum annum in tricesimum tertium reduxit.

SIXTVS IV. ad vigesimum quintum annum Iubileum propinquorum suorum causa, avarus mercator reduxit, primusq; celebravit.

*De Electione Pontificis.*

HADRIANVS I. Leo III. ius eligendi Pontificem Carolo & successoribus eius dederunt.

Stephanus verò IV. Hadrianus I. & II. item Sergius II. Pontificis Romani eligendi ius Imperatori abrogant, ac vt Pontificem eligendi ius penes Clerum, Senatūq; ac Populum Romanum sit, decreuerunt.

Postea sub Leone II X. Pontificis eligendi potestas Clero & Populo Romano sublata, Imperatori rursū atque Italię Exarchis data est. Deinde Imperatori ac Exarchis cuiusq; Romanis adempta, solis Cardinalibus concessa est. Pontifice Alexandro I I. Deinde electio & penes Mathildam meretricem fuit: per hanc enim Victor I I. & Vrbanus I I. Pontificatum adepti sunt.

Antherus instituit, vt nisi Episcopus fuisset prius, summus Pontifex fieri non posset. Constantinus autem II. & Benedictus II X. conditione Laici fuere.

*De Episcoporum officio.*

GREGORIVS statuit, Episcopum non esse

ordinandum eum, qui secularium negotiorum imperitus sit, vt est *dist. 29. can. Petrus.*

Melchiades I. & Nicolaus I. item Clemens V. statuunt Episcopum non rebus secularibus, sed electioni ac orationi, & verbo prædicationis tantum vacare debere; vt est *dist. 88. can. decreuit.* & *c. & dist. 96. can. cum ad verum.*

Sic Leo IX. profana tractare illis prohibuit.

*De Iuramento.*

VRBANVS II. per Deum ac creaturas iurandum esse decreuit.

Pius Papa acerrimè illum castigandum esse statuit, qui per creaturas iurauerit. *Vide caus. 22. q. 1. can. si quis.*

*De Delectu ciborum.*

GREGORIUS I. in diebus ieiunij vsum carnis, lactis, casei, butyri, atque ouorum (quod carnem sapiant) ieiunantibus interdixit, & pisciculis solum non grandioribus illis vesci permisit, & Gregorius II. & VII. Calixtus II. &c.

Eleutherius Pontifex decretum tulit, ne quis vllum cibi genus superstitiosè respueret.

*De Traditionibus humanis.*

STEPHANVS V. constitutiones Pontificis omnibus necessariò esse obseruandas decreuit. Urbanus Papa contrarium sentit, vt est *caus. 25. q. 1. can. sunt quidam.*

*De Tonsura Sacrificulorum.*

VITELLIANVS tonsuras mandauit, vt & iociones

fiēs præcepit, & sub illis auctoritatem emendi & vendendi in nundinationibus Papisticis concessit, *Apocal. 3.*

Gregorius tonsuram, præcipuè magnam, arrogantiae tribuit. Alibi asserit inductam valetudinis gratiã.

### *De Vnctione extrema.*

INNOCENTIUS I. & Felix IV. vt morientes adiurato oleo vngerentur, districtius mandauerunt: & ex infirmorum vnctione sacramentum fecerunt.

Honorius III. etsi multa de infirmorum cura præceperit, nihil tamen de vnctione extrema meminisset.

### *De Vestitu Sacrificulorum.*

GREGORIUS IV. & Clemens V. in Concilio Aquisgranensi instituerunt, ne Sacrificuli preciosis, aut coccinei coloris vestibus vterentur, neque in digitis gemmas gestarent, ne Prælati magnam habeant familiam, ne equos, aleas, & scorta nutriant, ne aurum, vel argentum in calceis, crepidis, aut baltheis ferrēt. Tantus eo tempore fuit Sacrificulorum luxus, hoc decretum mutari non debuit.

Paulus II. bireta coccinea Cardinalibus permisit: item vestitum eiusdem coloris, aurum, argentum, equos, mulas, familiam magnam, & scorta.

Sixtus IV. & Alexander VI. pæderastiam etiã permisere.

*De perceptione Sacramentorum.*

NICOLAUS I. statuit, à malis etiam Ministris Sacramenta suscipi posse, vt est *de consecrat. dist. 4. can. à quodam, &c.*

Sic & Sixtus, Innocentius, Leo, Anastasius, Gregorius. Alexander contrarium sentit, vt est *dist. 32. can. prater hoc, &c.*

*De Confessione articulati.*

INNOCENTIUS III. auricularem confessionem à Christianis submine excommunicationis extorsit, ac decretalem edidit, omnibus vtriusque sexus, &c. vt est *lib. 5. Decret. tit. 38. can. omnibus vtriusque.*

Nectarius Episcopus Constantinopolitanus modum confitendi liberum fecit.

*De immunitate Clericorum.*

VRBANVS II. statuit, propter defensionem ciuilem Clericos debere tributum pendere potestati, vt est *caus. 23. quest. 8. can. tributum. Item caus. 11. quest. 1. can. si tributum.*

Bonifacius VIII. tributa à Clero Pontificibus dari prohibuit.

*De Ordinatione Ministrorum.*

SYRICIVS ac Gelasius I. ordines non simul, sed per intervalla esse dando decreuerunt, seclusis inde Laicis.

Anacletus & Sepherinus decreuerunt ordinem non esse comprehendendum, nisi Clerici & Laici fideles adessent.

De

*De Communicatione.*

ANACLETVS statuit, vt omnes, qui in templo adessent, communicarent. *de consecr. dist. 2.*

Sic & Calixtus, Innocentius III. & Honorius III. panem ad ægrotum etiam deferri, idq; cum decenti habitu ac lumine præcedentium, ac tinnabulo decreuerunt, vt est *lib. 3. Decret. Greg. tit. 41. can. sane cum, &c.*

*De Panis elevatione & adoratione.*

HONORIUS III. panem eleuandum esse, Gregorius IX. tempore elevationis tinnabulo pulsandam esse decreuerunt.

Honorius III. in Eucharistici panis elevatione genu flexiones à populo exigebat.

Innocentius IV. adorationem quoque panis & vini.

Potro ad hæc vsque tempora articulus fidei non fuit, neque lex Eucharistiæ, vt in elevatione panis homines genu flecterent, & adorarent panem & vinum in Eucharistiæ.

Papa igitur creator nouum Mazzim produxit per transsubstantiationem, eiq; nouum cultum instituit.

*De Calice Cæna Domini.*

ZEPHERINVS vitreos calices pro ligneis ordinauit.

Urbanus statuit, ne vasa sacra vitrea, sed aut aurea, aut argentea essent. *lege de hoc de consecr. dist. 1. can. vasa.*

*De Transsubstantiatione.*

GREGORIUS VII. & INNOCENTIUS III. transsubstantiationem ociosi excogitarunt.

Gelasius ac Hilarius Papa contra transsubstantiationem docuere. Legatus Gelasius contra Eutychum & Nestorium de dicto Milarij. lege de consecr. dist. 2. can. corpus Christi, &c.

*De Concilijs & Decretis ex iniuria abrogatis.*

NICOLAUS I. statuit, ne Princeps secularis, nec Imperator ipse concilijs Clericorum interesse audeat, nisi de fide ageretur, ut quos sua sanctitas hæreticos esse iudicaret, ille statim vel proscriberetur, aut occideretur. dist. 96. can. vbinam.

Marcellus, Iulius, Damasus I. Gregorius, diuersum sentiunt.

Stephanus III. in Lateranensi synodo acta prædecessoris sui Constantini II. solenniter abrogauit, ordinatos ab ipso Episcopos, ubi non accessit noua solutio, degradauit.

Stephanus VI. tanto odio Formosi I. nomen persecutus est, ut statim eius decreta abrogauerit, ac res gestas resciderit. Nam ab eodem antea quominus optata hac sede potiretur, aut scorta nutrirer, impeditus fuerat. Tanta ergo in mortuum quoque rabie defæuit, ut habita synodo, eius è tumulo corpus tractum, Pontificali habitu spoliatum, indutumque, ut vocant, Seculari, sepulturæ Laicorum mandauerit, abscisis antea duobus dextræ manus digitis, & in Tyberim

rim proiectis. Magna fuit hæc controuersia, & pessimi exempli, vt inquit Platina, cum postea ferè semper seruata hæc consuetudo sit, vt acta priorum Pontificum sequentes aut instingerèt, aut omninò tollerent.

Romanus I. Stephani VI. prædecessoris decreta & acta statim & improbauit, ac sustulit: nihil enim hi aliud cogitabant, quàm & nomen & dignitatem maiorum suorum extinguere, quo nihil potest esse peius, & angustioris animi.

Theodorus II. prædicti Romani vestigijs in hæsit, nihilo melior suis antecessoribus factus, Formosi facta restituit, & eius sectatores in precio habuit. Stephani VII. decreta improbauit.

Ioannes IX. causam Formosi in integrum contra Stephanum VI. statim restituit, repugnante maxima Romani populi parte: vnde dissidium ingens excitauit, ac se Rauennam contulit.

Damasus Liberi facta damnauit.

Paulus II. Pij I. prædecessoris sui, decreta & acta odio maximo persecutus, abrogauit.

*Tertium membrum, de Concilijs  
pugnantibus.*

*De Vniõne duarum naturarum  
in Christo.*

CHALCEDONENSIS Concilium, in quo Eutychis dogma reprobatur.

Pugnat cù hoc Ephesinum, quod Eutychianam impietatem probauit.

## SPECVLVM

### *De Filio Dei Christo consubstantiali Patri.*

**NICENVM**, in quo Arij dogma damnatur. Pugnatur cum hoc Sarricenſi, Smirnenſe, Mediolanum, Ariminenſe, Seleucianum,

### *De Baptismo malorum & hereticorum.*

**CONCILIVM** Numidiz, cui præſuit Cyprianus, quod baptiſma hereticorū lauacrum Diaboli appellat. de quo *diſt. 32. can. præter hoc.*

Pugnatur cum hoc Carthaginenſe IV. de quo *de consecrat. diſt. 4. can. non licet.*

### *De utraq; specie Sacramenti.*

**EPHESINVM**, Pontifice Celeſtino: Cōſtantiēſe, Pontifice Ioanne XXIII. quæ alteram ſpeciem prohibere tentauerunt: item Lateranū, ſub Innocentio III.

### *De Miſſa pro defunctis.*

**CONCILIVM** Cabinenſe, quod ſacrificium pro mortuis confirmat, de quo *diſt. 1. de consecrat. can. viſum.*

Pugnatur cū hoc Carthaginenſe, *can. 18.* quod defunctis hoc Sacramentū non cōuenire docuit.

### *De ſepoſitione Sacramenti.*

**CONCILIVM** Clemētis, quod ſtatuit, nō eſſe aliquid hīc reſeruādum. *de consec. diſt. 2. can. irritum.*

Pugnatur cum hoc conciliū Quarinatiēſe, de quo *diſt. 2. de consecrat.*

De



*De Coniugio Sacerdotum.*

ANCHIVTANVM, de quo *dist.* 28. Constanti-  
nopolitanum, de quo *dist.* 31. *can. quoniam.* Nicenū,  
de quo *dist.* 31. *can. Nicena.* Gangrense, de quo *dist.*  
30. Elibertinēse, *can.* 33. Toletanū, in Paphlagonia  
celebratū. Hæc coniugium Sacerdotū probant.

Pugnant cum his Neocæsariense, *can.* 1. Calce-  
donense, *can.* 16. Agathense, *can.* 39. Aurelianense,  
*can.* 17. Carthaginēse V. *can.* 3. Arelatense II, *can.* 3.  
Averoicense, *can.* 22.

*De Concubinis Sacrificulorum.*

CONCILIVM Toletanum admittit concubi-  
nas, de quo *dist.* 34.

Pugnat cum hoc Carthaginense III. Basiliens-  
se, sub Eugenio IV. in quo damnati sunt, con-  
cubinarij.

*De Ciborum delectu.*

BRACARENSE, Toletanū, Gangrense, Car-  
thaginense IV. Concilium Martini, *dist.* 30. *si quis*  
*Presbyter. hæc delectum ciborum improbant.*

Pugnat cum his Laodicense, Agathense, Mo-  
gunticense, Salegestanense, de quibus *de consecr.*  
*dist.* 2, 3, 76.

*De Missa Concubinarij.*

CONCILIVM Alexandrini II. prohibet au-  
dire Missam concubinarij, *dist.* 32. *præter hoc.*

Pugnat cum hoc Concilium Lucij III.

*De Traditionibus humanis.*

GANGRENSE Concilium, damnat eos, qui

novas constitutiones populo præscribunt. *dist.*  
30. *can. hæc autem.*

Pugnat cum hoc Carthaginense, Constanti-  
nopolitanum VI. *can. 2. de quo dist. 16. can. placuit.*

*De Imaginibus.*

Toletanum, *can. 12.* Elibertinum, *can. 36.* Con-  
stantinopolitanum, à Constantino V. celebra-  
tum, Pontifice Paulo: hæc prohibent imagines.

Pugnant cū his Nicenum, sub Hireneo, Con-  
stantinopolitanum VI. de quo vide *de consecrat.*  
*dist. 3. venerabiles.* Lateranense, sub Stephano III.

*De Episcoporum vita & officio.*

CONCILIUM Carthaginense I V. de quo *dist.*  
41. *can. Episcopus.* Carthaginense III. de quo *dist.*  
88. *can. Episcopus.* Concilium Melchiadis, de quo  
*ibid. can. decrevit.* Toletanum, *dist. 38. can. Ignorantes.*  
Hæc verum Sacerdotū officium præscribunt.

Pugnat cum his concilium Gregorij I. de quo  
*dist. 39. can. Petrus, etc.*

*De Papæ primatu.*

CONSTANTIENSE Concilium sibi ipsi re-  
pugnat: statuit enim primum, Concilium esse  
supra Papam, quod & verum est: secundò, dam-  
nat articulum Ioannis Huls, Papa nõ est iure di-  
uino super omnes Ecclesias: & hoc apertè con-  
tradicit priori. Item contrariatur Niceno & A-  
fricano Concilijs, toti Orientali, atque Africanæ  
Ecclesiæ. lege *dist. 93. can. legimus.*

Concilium Africanum contra Papæ prima-  
tum, de quo *dist. 99. Nicenum Concilium.*

Pugnat

## PONTIFICVM.

Pugnat cum his Chalcedonense VI. pro primatu, de quo *dist. 17. can. cōcilia. in gl. caus. 3. quest. 6. can. dudum. caus. 9. quest. 3. aliorum.*

### *De Transsubstantiatione.*

CONCILIVM Gelasij contra Transsubstantiationem.

Pugnant cum hoc Florentinum, sub Victore II. Turonicum, Vercellense, Romanum, Lateranense, sub Innocensio III.

Iam vt Concilia cum Conciliis pugnant, ita Pontifices cum Pontificibus digladiantur: nam à tempore Stephani VI. hæc semper seruata est consuetudo, vt acta priorum Pontificum sequentes aut infringerent, aut omniq̃ tollerent. Nihil enim aliud hi Pontificuli cogitabant, quam & nomen & dignitatem maiorum suorum extinguere, quo nihil peius, nihil periculosius in Ecclesia esse potest.

### *Quartum membrum de Abusibus & additamentis, quibus Baptismus profanatus est.*

**A**PPELLATIONES, definitio, diuisio, vsus, ritus, & ornamenta baptismi Papistici, partim ex cerimoniis Leuiticis, partim ex falsa persuasione, partim ex locis quibusdam Scripturæ malè detortis, desumpta sunt.

### *De appellationibus Baptismi.*

I. CHARACTER, signum videlicet distinctum indelebile, quo quis etiam in Inferno Christianus præ Iudæo, & Gentili cognoscatur.

Hic enim characterem vocant illi signum sextum impressum animæ, quod non possit extingui aut auferri ab anima.

Ex falsa persuasione natum est, qua putant illi in baptismo hunc animæ characterem imprimi, ac infundi, idq; ex virtute sacramenti & ex opere (vt vocant) operato.

### *Prima Tabula.*

2. BAPTISMVS pueris prima Tabula esse dicitur, in qua promissio Dei inscripta sit, adultis non item: quibus pro Tabula pœnitentiæ sit.

Natum id est ex falsa opinione, qua putant pueros ex gratia Dei saluari, aut ex vi sacramenti, adultos ex pœnitentiæ operibus, & quâ significatione signi, vnâ cum signo perfici; & baptismum ad primam tantum condonationem, non ad secundam, tertiam, quartam, &c. pertinere somniant. De hac appellatione baptismi lege de penis, dist. 1. can. multiplex. in Gloss.

### *De definitione Baptismi.*

BAPTISMVS, inquit, est ianua omnium sacramentorum, in quantum est signum characteris, & gratiæ, vt est distinct. 77. can. quicumque. in Glossatore.

Ex falsa persuasione natum, qua baptismum ex opere operato gratiam, remissionem peccatorum, & iustitiam conferre sibi persuadent.

### *De diuisione Baptismi.*

1. BAPTISMVS illis alius Ioannis, alius Christi, alius Monachorum, seu cucullaris. Ex dicto Ioan.

Ioannis non rectè intellecto, qui non ceremoniam discernunt, sed personas.

Item ex falsa persuasione, qua putat cucullam induere, alterum ac perfectius esse baptismum.

2. Item baptismus alius aquæ, alius sanguinis, alius fluminis, id est, contritionis, seu penitentiae, vt est *caus. 15. quest. 1. & de consecrat. dist. 4. can. 1. in Gloss.*

3. Item baptismus aquæ, alius diluuij, alius maris rubri, alius lustrationis, de quo *Numeri 19.* alius fluminis à Christo instituti.

Hæc diuisio facta est partim ex Mose, partim ex ignorantia nata, qua creaturis id, quod solius Dei est, tribuit.

4. Item baptismus illis alius solennis, alius vulgaris. Solennis est, qui magna solennitate celebratur, vt est adutorum, catechumenorum. Vulgaris infantium, solennis baptismus certis temporibus alligatur, vt Sabbato, Paschæ & Pentecostes: vulgaris quouis tempore administratur. lege de hoc *de consecrat. dist. 4. can. non ratione. Item, duo tempora. proprie de catechumenis, venerabilis, &c. Item, ne quod absit. in Gloss.*

Natum est hoc discrimen baptismi ex falsa opinione, quæ putat adultos longè digniores esse apud Deum, quàm infantes.

## DE VSV BAPTISMI

### Papistici.

#### *Aquam Baptismi reponere.*

Ex falsa persuasione & consuetudine eam sa-

cramenta ipsa actiones sint, nec reponi possint  
sacramenta enim extra usum à Deo institutum,  
non sunt sacramenta.

*Aqua Baptismi abuti ad incantationem, &  
demonum expulsionem.*

Ex superstitione, falsa persuasione & consue-  
tudine, inde de hoc dist. 4. de consecr. can. in sabbato.

*Baptismum à mulieribus administrari,  
tempore necessitatis.*

Ex falsa persuasione, qua putant neminem  
prorsus, sine aqua baptismi saluari posse. lege de  
consecr. dist. 4. can. mulier. Item constat, &c.

*Baptizare nondum natos in ma-  
tris utero.*

Ex falsa persuasione. lege de consecr. dist. 4. can. qui  
in maternis, &c.

## DE RITV BAPTISMI

### Papistici.

*Ter mergere.*

Ex mala consuetudine. lege distin. 4. can. propter  
vitan. & dist. 90. can. vlt. in Gloss.

*Aqua salsa uncta, & characteribus  
consecrata.*

Ex prava imitatione facta Elisei, 4. Reg. 2. item  
ex Mose. Et superstitione. lege de consecr. dist. 4. can.  
sal celestis sapientie.

*Vi susceptores infansem attrectent.*

Ex superstitione natum.

DE ORNAMENTIS BA-  
ptismi Papistici.

*Exorcismus & exsufflatio.*

Ex superstitione & falsa persuasione: putant enim exorcismo & exsufflatione spiritum im-mundum eiici. Item ex prava imitatione facti Christi, Ioan. 20. De exorcismo lege *de consecr. dist. 4. can. sue paruuli. item, debinc, &c.*

*Catechismus circa paruulos, vel examen ex catechismo, precipuè ex articulis fidei.*

Ex Christi dicto perpetam intellectu, Doce-te omnes Gentes, baptizantes in nomine PA-TRIS & FILII & SPIRITVS S. Vel desumptu id est ex vteri Episcoporum ritu, qui adultos re-tens ad fidem conuersos, qui catechumeni ab institutione appellabantur, non prius baptiza-bant, quam crebra examinatione interrogarentur, vt liquet ex concilio Carthaginensi, 4. dist. 4. *de consecr. can. baptizandi. item, agrotantes. item, cum pro paruulis. item, primum, &c.*

*Candida vestis, seu interula.*

Ex Mose, *Leuit. 8.* Moses enim Aaronem & filios eius lauit aqua, & induit eos tunicis. De hoc ornamento lege *de consecr. dist. 4. can. post bap-tisimum.*

*Chrisma.*

Ex ritu Leuitico, *Leuit. 8.* Inungitur autem

puer in fronte, vertice, inter scapulas, & in peo-  
ctore. De hoc lege *dist. 4. de consecrat. can. venisti,*  
*postquam accepisti.*

*Sal consecratum, quod infanti in os  
imponitur.*

Ex ritu Levitico, *Leuit. 2. dist. 4. de consec. can. sal.*

*Signacula crucis in corde &  
fronte.*

Ex Ezechielis loco perperam intellecto: Si-  
gna, inquit, Taph in frontibus virorum. Vide de  
hoc *dist. 11. can. ecclesiasticarum. & de consecrat. dist. 4.  
can. postea.*

*Saliva qua tanguntur nares &  
aures pueri.*

Ex prava imitatione facti Christi, *Marci 8.*  
quod isti ad baptismum ineptè transtulerunt. Le-  
ge de hoc *de consecr. dist. 4. can. postea tanguntur.*

*Candela, quam in manus infan-  
tis dant.*

Ex dicto Christi, non rectè intellecto, *Lucas.*  
*nae ardentes in manibus vestris.*

*Lingua peregrina.*

Ex mala consuetudine, qua Satan infantium  
& adultorum saluti infidiatus est.

*Stiola & epitogium Sacerdotis.*

Ex Levitica cerimonia, *Leuit. 8. & 16.*



BAPTISMI PAPISTICI  
*architecti.*

CLEMENS I.	NICOLAUS I.
LEO III.	ZACHARIAS,
ALEXANDER II.	GREGORIUS I.
VICTOR I.	HIGINIVS,
THEODATVS,	FELIX II.
CELESTINVS I.	INNOCENTIUS, &c.

CONCILIA PRO BA.

*prisino Papistico.*

Carthaginense III.	Hilerienſe,
Carthaginense V.	Arelatenſe,
Gerundenſe,	Beluacienſe,
Bracharenſe,	Lugdunenſe,
Concilium Martini,	Valencianum,
Agathenſe,	Araſicum,
Antiſiodorenſe,	Mogotienſe.

QVINTVM MEMBRVM.

*De abuſibus & additamentis, quibus  
Cæna Domini profana-  
ta eſt.*

APPELLATIONES, definitio, diuiſio,  
uſus, & ornamenta Miſſæ Papiſticæ, partim ex  
ceremoniis Moſaicis, partim ex mala conſue-  
tudine, perſuaſione & ſuperſtitione, partim ex  
Conciliorum & Pontificum vanitate, partim  
ab Ethnicis, non ex ipſa Chriſti inſtitutione de-  
ſumpta ſunt.

SPECULUM  
DE MISSAE APPELLATIONIBUS.

*Missæ.*

**M**ISSA aut Hebræum est, aut Latinum. Si Hebræum dixeris, ex Mosâica cerimonia nomen desumptum est. Debebant enim singuli venientes ad celebrationem Paschæ aliquod munus voluntarium afferre, id Missa vocârunt Hebræi, collationes videlicet, vel munerâ populi, non oblationem Sacerdotis. Sin Latinum dixeris, ab ethnico ritu desumptum est, & Missa pro missione accipitur, sicut remissa pro remissione. Scriba enim, Apuleio teste libro ii. finito sacrificio, populo denunciabat sermone Græcè *λαοῖς ἀφίσις*, id est, populis missio, scilicet est, vel datur. vnde totum sacrificium Missa est nominatum. de quo lege Polydorum, lib. i. cap. ii. Rhenanum & Innocentium lib. 6. cap. 12. de Altaris mysterio. Vide & concilium Gangrense, cap. ii. de vocabulo Missæ.

*Sacramentum altaris.*

Ex falsa Pontificum persuasione, ac Sacrificiorum officina: putârunt enim Missam celebrari non posse, nisi in altari, eoq; lapideo. Hanc appellationem velut stultam & erroneam ridet etiam Martinus in sua domestica postilla de Zachæo.

*Viaticum.*

Ex mala consuetudine natum, qua Eucharistia priuatim exhibebatur ægrotantibus, id quod sero

ferò tandem receptum esse constat. Prius enim non nisi lapsis & excommunicatis morti vicinis, aut ob fidem denuò periclitantibus exhibebatur, vt est apud Eusebium Ecclesiasticæ historiæ libro 6. cap. 34. & apud Cyprianum lib. 1. epist. 2. Hieronymus in Apologia, quam pro libris suis aduersus Iovinianum Pamachio inscripsit, Romæ sua ætate in domibus communicare quosdam solitos tradit, sed carpit morem, & in Ecclesia vt communicent, hortatur.

### *Officium.*

Ex falsa persuasione sacrificulorum desumptum est: putant enim officij sui esse missare, interim quod eorum officium est, negligunt.

### *Agape.*

Ab ethnico ritu desumptum: ethnici enim in natalibus & funeribus solebant adferre cibos, & alia munera, quæ distribuebantur in pauperes, ac vocabantur oblationes, vel *Agape*. De hoc more loquitur Tertullianus in Apologetico capite 39. & August. contra Manichæum, libro 20. cap. 26. Hic enim mos adhuc relictus erat ab ethnico ritu, qui in natalibus & funeribus dabant epulas in templis, sed hæ postea prohibitæ sunt. Hic mos adhuc apud Papistas durat, præsertim in diebus funerum, vnde Missa *Agape* dicta est.

### *Sacrificium.*

Et hoc nomen ab ethnico ritu desumptum, apud quos multa erant sacrificiorum genera, vel ex ceremoniis Leviticis, nisi malis sacrificium

dici, quod sacrificij Christi symbolū sit, vel propter nos cōmunicantes, qui sumus corpus Christi, & offerimus nos Deo per Christum hostiam viuētem, vel propter orationem & gratiarum actionem. de quo lege Augustinum serm. 28. de verbis Domini, epist. 120. ad Honoratum: & lib. de Ciuitate 10. cap. 5. & lib. 21. cap. 10. de Ciuitate. & Tertullianum ad Scapulam.

*Panis hostia appellatus.*

Ex falsa persuasione natū, qua putarunt Coenam Domini hostiam vel sacrificium propriis sine esse, vnde & panem hostiam appellarunt.

*De definitione Missæ.*

**M I S S A**, inquit, est oblatio, seu sacrificium applicandum pro viuis ac mortuis, vt illud sacrificium mereatur illis remissionem culpæ & pœnæ. Hæc definitio ex falsa persuasione enata est, qua Ethnicorum opinione permoti, putarunt Missæ sacrificio, quasi velo quodam obtegi sua & aliorum flagitia. Plato lib. 2. de Republica, vbi de veteribus piaculis differit, stultā improborum ac scelestorum hominum confidentiam ridet, qui putarent hisce sacrificijs obtegi sua flagitia, ne à Diis cernerētur, & tanquam facta cum Diis pactione securius sibi indulgent. Permotus est hac persuasione primū Alexander primus, qui docuit Missæ sacrificio peccata deleri. Hunc imitatus Gregorius Magnus certos instituit dies, quibus in templo solenni ritu sacrificaretur, & proposuit delictorum veniam ad id solenne accedentibus.

*De*

*De Missa diuisione.*

MIS SA Papiſtis alia ſicca, alia madida, alia huptialis, alia funebris, alia priuata, alia publica, alia aurea, alia ſtannea, alia ſumma, alia infima, alia magna, alia parua, alia viatica, alia templaria, alia medicinalis, alia peſtifera, alia pacifica, alia hoſtilis, alia dominicalis, alia ſerialis, alia temporaria, alia perpetua. Hæc diuiſio partim ab Ethnicis, partim ex mala conſuetudine, perſuaſione, ac ſuperſtitione deſumta eſt.

## DE VSV MISSAE PAPISTICAE:

*Miſſa priuata.*

Ex mala Corinthiorum conſuetudine, qui, quod commune eſt, priuatum efficiebant, quos acriter increpat Apoſtolus. Contra Miſſam priuatam lege Chryſoſt. ſuper II. caput I. Corinth. & Theophylaſtum ſuper eundem locum Pauli.

*Martyrum Miſſa, & aliorum**Sanctorum.*

Ab Ethnico ritu deſumta. Numa enim ſecundus Romanorū Rex, teſte Liuius, Flamines inſtituit, qui Ioui, Marti, & Quirino ſacra perageret. De hoc ritu lege Macrobius & Catonē & Ciceronem in Oratione pro Flacco, & Virgiliū lib. 5. Inuexit hunc ritum in Eccleſiam Felix.

*Miſſa pro defunctis.*

Ab ethnico ritu deſumta, apud quos erat ſacrificiū pro mortuis, quod Nouēdiale dicebatur. non enim die, quo quis ſepultus fuiſſet, ce-

lebrabatur. Erant & Februa apud Ethnicos, quae per duodecim dies Februarij celebrabantur, hiis que diebus pro impetranda mortuorum animabus quiete, piaculis sacrificiisq; omnis populus circa sepulcra accensis facibus cereisq; intentus erat. de hoc ritu vide Ouid. in Fastis, Virgil. 5. Aeneid. Salustium in Iugurtha, Cicer. 2. de Legib. & Plinium. Porro de more Papistico lege causa 13. quest. 2. can. quia alij. item, de consec. dist. 5. can. nullus. & dist. 44. can. nullus.

Introduxit hunc ritum ethnicum Gregorius III. hic enim scripsit ad Bonifacium legatione apud Germanos fungentem, Christianos pro suis mortuis vere Christianis posse offerre, Sacerdotesque mortuorum debere facere memoriam, praecipit. Alij id Pelagio adscribunt: alij concilio Gabinensi, de quo lege de consec. dist. 1. can. visum. At concilium Carthaginense cap. 18. huic ex diametro repugnat: instituit enim defunctis sacramentum distribui non debere, quia Christus iubeat edere, id quod defunctis non conuenit.

### *Ablatio alterius speciei.*

Ex mala consuetudine ac arrogantia, qua Sacerdotes se laicis digniores esse putarunt, ablata est altera species in Ephesina & Constantinensi synodis, contra Christi planam institutionem. Innocentius III. laicis calicem primus prohibuit.

### *Sepositio.*

Ex mala consuetudine & persuasione, qua neminem sine comunione mori debere putarunt,

æ propterea Eucharistiã semper in cibario pro  
 ægotãtibz paratam esse oportere. Natum hoc  
 est ex Guarnatiense concilio, vt est *de consecrat.  
 ãst. 2. can. presbyter. Lege & apud Gregorium lib. 3.  
 tit. 4. can. sanè cùm.*

*Vendere hostiam.*

AB ethnico ritu desumtũ est, de quo Baruch.  
 6. vel exẽplo Iudæ proditoris. Cæterum quia ad  
 Iudæ taxationẽ accedere non poterant, vt tamen  
 vel aliqua nota autoris sui nomẽ referrent, taxa-  
 tionis Iudæ partem decimam retinuerunt. Sed  
 ille semel, hi quoties emtor occurrit, vendunt.

*Adorare hostiam.*

ADORATIONEM peruersa temeritate qui-  
 dam in sacramento erexerunt, vbi duplex pec-  
 catum est: nam & honor Deo raptus ad creatu-  
 ram traductus est: & ipse etiã in polluto ac pros-  
 fanato suo beneficio inhonoratus, dum ex san-  
 cto eius sacramento factum est execrabile idos-  
 lum. Natum id videtur ex impio decreto Inno-  
 centij III. de Transsubstantiatione, quod pepe-  
 rit horribilem idolomapiam. Hoc institutum  
 quidam Honorio III. adscribunt, vt est in *Decre-  
 tal. Gregory, lib. 3. tit. 41. can. sanè cùm.*

*Circumferre hostiam:*

AB ethnico ritu desumtum: Ethnici enim tes-  
 ste Apuleio lib. II. idola sua circumgestabant: A-  
 lij ex circumlacione arcæ foederis sumtum esse  
 putant. Autores huius instituti sunt Vrbanus  
 III. Martinus V. Eugenius III.

*Administeria sacra peragere.*

Ab ethnico ritu desumptum, de quo Virgilius in lib. 5. Cicero ad Atticum, & in Oratione pro Flacco. Id institutum Felici I. adscribitur.

*Confessos Missam celebrare.*

Ex falsa persuasione natum, qua putarunt se hoc opere confessionis mundos esse, ut sanctissimam Missam celebrare possint. Hoc Damasus instituit.

*Semel in anno laicos communicare.*

Ex mala consuetudine ac privilegio quodam Sacrificulorum, vel decreto concilij Lateranensis. Id institutum quidam Zepherino adscribunt; olim enim in usu fuit, ut omnes in Ecclesia conuenientes omni die communicarent, ut est de consecrat. distin. 2. can. peracta. Item, hi, qui item, quotidie. Postea constitutum est, ut communicarent duobus Dominicis, ut est de consecrat. dist. 2. can. quotidie. Deinde ut tribus vicibus in anno communicarent, ut est de consecr. distin. 2. can. seculares. item, et si non. item, omnis homo. Postea in concilio Lateranensi statuitur, ut semel in anno communicarent.

*Aegrotantibus panem Eucharistiae praeuatim administrare.*

Ex mala consuetudine, de quo vide supra de Oratione Viaticum.

Cone



*Conferre ad bona corporis impetranda, id est  
celebrare pro incolumitate, pro felici  
reditu, pro victoria, felici-  
tate, &c.*

Ex falsa persuasione, ignorantia, ac Sacrificu-  
lorum auaritia,

*Conferre ad questum.*

DE SVMTVM EXITU LEPTICO, vbi dicitur:  
Non appareat vllus in conspectu meo vacuus.  
Institutum hoc Gregorij Magni est.

DE RITV MISSAE

*Papistica.*

*Aquam vino admiscere.*

Ex instituto Staphili Sitheni filij, de quo Plin-  
nius in 7. & Diodorus 5. vel ex falso intellectu  
loci Salomonis, vbi dicitur, Bibite vinum quod  
miscui. Quod Pontificij ad Cœnam ineptè retu-  
lerant, & miscere pro confundere interpretati  
sunt. Nonnulli verò ex eo desumptum putant,  
quòd de latere Christi exiuit sanguis & aqua, vt  
colligitur ex cõcilio Martini Papæ, vt est de *con-  
secrat. dist. 1. can. non obstat.* Cùm Christus hîc Cœ-  
nam non instituat, sed his velut signis, cur vene-  
rit in mundum, ostendat. Aqua enim cœlestem  
doctrinam, & sanguis redemptionem significat.  
Venit ergo Christus vt doctor & redēptor. Ne-  
que valet hîc quicquam aquæ allegoria, quam  
vehementer vrget Cyprianus lib. 2. epist. 3. vt est  
& de *consecrat. dist. 2. can. sicut. & seq.* Vnde meritò

damnati sunt Aquarij, eò quòd aquam porrigerent in calice sacramenti. De quibus lege *can. 24. quest. 3. can. quidam.* & Augustinum de quibusdam Ecclesiasticis dogmatibus, cap. 75. Hoc institutum Alexandro I. tribuitur.

*Manus in Missa lauare.*

Ab ethnico ritu desumptum: Hesiodus enim refert, lege vetitum fuisse, ne quis manè Ioui vinum libaret manibus illotis, ne sacrorum puritas macularetur. vide de hoc Polyd. lib. 5. cap. 10. vel à Mose sumtum, de quo Exodi 30. & 40.

*Vertigines in Altari.*

Ab ethnico ritu desumptum: de quibus vide Apuleium. Hoc enim Ethnicorum Sacerdotes factitabant circa aras, cùm præsertim responsa daturi, diuino, vti credebant, spiritu afflati agitantur, vnde proculdubio apud nos sunt huiusmodi in Altari vertigines.

*Elevationes.*

Ex ritu Leuitico, *Leuit. 8.* Armus enim animas, lis debuit eleuari à Sacerdote. Institutum hoc Honorij II. est, vt est in *Decretal. Greg. lib. 3. tit. 41. can. sanè cum.*

*Expansiones.*

Ex hypothiposi crucifixi Christi: hi enim deò nuò Christum crucifigunt.

*Geniculationes.*

Ex falsa persuasione, qua putant hoc Missandi officium Deo gratus esse, propter crebras istas geniculationes.

*Insuf.*

*Insufflationes.*

Ex falsa persuasione, qua putarunt se his insufflationibus & verbis & creaturis aliam quandam vim tribuere posse. Vel ex prava imitatione facti Christi. Insufflationem enim gratiam illi interpretantur, quam se ex ordinis vi accepisse, & alijs donare posse mentiuntur.

*Crucis signacula.*

Ex falsa persuasione natum, qua putant se his signaculis dæmones abigere, panem in carnem convertere, aut carnem è cælo deportare posse.

*Offertorium.*

Ex ritu Levitico, vbi dicitur, Non appareat vllus in conspectu meo vacuus. de quo *dist. 3. de consecr. can. omnis. & caus. 10. quest. 1. can. quia Sacerdotes. & caus. 16. quest. 1. can. statim.* Vel ab ethnico ritu desumptum est: cum enim multi ex Gentibus conuerterentur, Eutychianus non nihil infirmioribus tribuendum arbitratus concessit, vt epulas in sacrum conferrent cœtum, iuxta morem gentilitium, quas ab Episcopo benedictas liceret offerre pauperibus, aut sanè in priuatum vsu conuertere. Atq; hic ritus gentilitius in festum Paschæ postea à Papistis translatus est.

*Communicantes prostermi.*

Ex impio Innocentij III. decreto de transubstantiatione. Institutum id est Honorij III.

*Panem in os communicantium  
intrudere.*

Ex superstitione natum, quòd Sacerdotes putarent manus Laicorum impuras esse, quibus hoc sacramentum attrectari non possit. Olim certè Eucharistia dabatur etiam Laicis in manus, vt testatur Historia Ecclesiastica lib. 6. cap. 33. & 34. Lege de hoc & lib. 9. cap. 30. Historiæ tripartitæ, & Cyprianum serm. 5. de Lapsis.

*Ad Orientem Missam celebrare.*

SVMTVM ab ethnico ritu: Ethnici enim Solem pro Deo colebant: de quo lege Apulcium in 2. & Iustinum libro 18. Vnde & in publicis sacris suis seruabant hunc morem, vt verterent se versus Solem manè ad Orientem, meridie ad Meridiem, vesperi Occidentem. Propterea instituit in Lege Dominus, vt sanctum sanctorum Tabernaculi, in qua positum erat Propiciatorium, verteretur non ad Orientem, sed ad Occidentem, ne sacra facientes viderentur adorare Solem. De hoc ritu à Papistis etiam vsurpato, lege *dist. 11. can. ecclesiasticam*. Id institutù Sixto III. adscribunt.

*Verba consolantissima à Laicis  
abscondere.*

INDE natum videtur, ne si palàm hæc coram Laicis recitassent, mendacijs à populo arguerentur: dicunt enim, Accipite, sed quid dant? nihil. Comedite, quis ergo comedit? nemo. Addunt etiam

etiam suo murmure. Bibite ex hoc omnes, sed  
soli illi bibunt.

*Canon impius.*

Ex præsumptione natus est, qua Christi verbo ac institutioni adijcere aliquid ex suo plerique tentauerunt. Canon hic velut cento à diuersis homuncionibus, non ab Apostolis, non ab vilo Concilio cõpositus, temerè ab vsu quodam irrepsit, inchoatus amplius quàm trecentis octoginta annis post Christũ, tempore Syricij, absolutus verò tandem est sexcentis post Christum annis, tempore Gregorij: idq; , vt ipse scribit, à quodam Scholastico, cuius nec eruditio, nec sanctitas prædicatur. Autores canonis sunt Alexãder I. Syricius, Gelasius, Leo, Gregorius, Scholasticus, &c. De canone lege Polydorum libro 5. cap. 10. Martinum, Philippum plerisque in locis, Caluinum in Institutione, & Bulingerum in 1. Timoth. 1.

*Orationes quadam impie, quarum aliæ  
sunt complenda, alia secreta, aliæ  
collectæ dicuntur.*

Ex falsa persuasione, qua putant se meritis & intercessionibus Sanctorum exaudiri & iuari.

*Sequentia.*

Ex falsa persuasione, vt commemoratis rebus gestis Sanctorum, Deus pro illorum meritis

60                      S P E C V L V M  
miseretur. Sequétias primus Nothgerus fecit,  
Abbas Sancti Galli, qui ferè omnes antiquas se-  
quentias fecisse dicitur, sicut orationes illas ma-  
le confutas Gregorius & Gelasius.

*Osculum pacis.*

Ex falsa persuasione, qua putat Deum hoc os-  
pore placatū esse. Hoc Innocentio adscribitur.

*Ite Missa est.*

Ab Ethnico ritu desumptum, de quo supra in  
dictione *Missa*.

*Deo gratias.*

Ex falsa persuasione, qua putant se hoc Missæ  
opere satisfecisse pro peccatis viuorum & mor-  
tuorum. Vnde ad hanc hypocriticam gratiarum  
actionem prorumpunt.

*Vngere Sacrificulos Missarios.*

Ex ritu Leuitico, *Leuit. 8.*

*Thus adolere ad Altare.*

Ex ritu Leuitico, *Exodi 20.* Hoc Leoni III. ad-  
scribitur.

DE ORNAMENTIS MISSAE

*Papisticae.*

*Vestes ille Sacerdotales.*

Ex ritu Leuitico, *Leuit. 8.* vel ab ethnico ritu  
desumptum: nam horum etiam Sacerdotes in sa-  
crificando sacris utebantur vestibus. Lege Poly-  
dorum lib. 6. cap. 12. Rhabanum lib. Instit. 12. cap.  
14. & sequentibus. Libellam, qui Hortulus ani-

ma

ius appellatur. Martiniūm tomo 2. Autores huius instituti sunt Clemēs, Stephanus I. Vigilus, Sylueſter, Zachariās I. Martinus. de quo *lege de consecr. dist. 1. can. in sancta Apostolica. item, vestimenta 1a. & dist. 23. can. sacetas.*

*Altaria.*

Ab Ethnicis desumpta sunt: nam teste Herodoto & Strabone lib. 17. primi omnium Ægyptij Diis & aras, & simulacra, & delubra statuerunt, sacrificiaq; curarunt: Alij ex Mose sumtum putant. Autores huius instituti sunt Sixtus II. Vigilius, Gregorius VII. Felix I. Hormisda.

*Altaris ornamenta, quæ illi indumenta vocant.*

Ex Mosaicis ceremoniis, Numeri 4. Hoc Clementi quidam adscribunt. de quo *lege de consecr. dist. 1. can. Altaris Palla.*

*Vnctio Altaris, seu Consecratio.*

Ex Mose, *Leuit. 8.* Hoc institutum Hormisdæ adscribitur, vt est *de consecr. dist. 1. can. nullus.*

*Sanctorum reliquie in Altari.*

Ex falsa persuasione, qua putant & Missam & Altare Deo acceptius esse ppter has reliquias.

*Sacrificulorum rasura.*

Ab Ethnicis sumta, contra legem Domini, *Leuit. 19. 21. Ezech. 44.* nã, vt scribit Herodotus, Sacerdotes in Ægypto radebantur. de quo vide & *Baruch 6.* Samson tonsus viribus destitutus & effœminatus efficitur. Fortassis idem est mollium

Sacrificulorum figura: Huius instituti autores sunt Anicetus, vt est *dist. 32. can. Prohibete*. Itē Martinus, vt est in *ead. dist. can. non liceat*. Item Gregorius, vt est in *can. si quis*. Item concilium Agathense, *can. Clerici*. De allegoria attonsi capitis à Pontificiis excogitata, lege *conf. 12. quæst. 1. can. duo sunt*. *Lege et Augustini in Sermonib. ad Heremitas, serm. 20.*

*Vasa aurea.*

Ex Mose, *Exodi 25*. & ex falsa persuasione, qua putant decus Ecclesiæ per huiusmodi vasa contulari, & amplificari, vt est *de consecr. dist. 1. can. Vasa*. Huius autor Urbanus I. est: antea enim ligneis vasculis utebantur, teste Bonifacio Martyre. Postea Zepherinus statuit, vt calix vitreus, non ligneus esset. Deinde Urbanus omnia vasa fecit argentea, vt est *dist. 1. de consecr. can. vasa*. Vide Concilium Rhemense, *cap. 6.* & Triburiense *cap. 9. in ead. dist.* Cōtra hoc institutum legatur Chrysostomi Homilia 60. de sumentibus indignè diuina & sancta mysteria.

*Imagines & sculptilia circa Altare.*

Ab Ethnicis desumpta sunt: nam vt Diodorus tradit *lib. 4.* Æthiopes primùm simulacrorum usum inuenerunt, à quibus Ægyptij deinde acceperunt. de quo lege Eusebium *lib. 7.* Macrobi. *lib. 1.* Lactāt. *lib. 2. & c.* Id Gregorio adscribitur.

*Vt vestis & hostia Crucifixi imaginem habeat.*

Ex falsa persuasione, qua putat Missam sacrificium



ficitum esse. Item, vt hac imagine ostendant se Christi esse crucifixores.

*Hostiam circularem esse debere.*

Ex falsa persuasione, qua putant hoc sacrificium perfectissimum esse. Circulus enim & in capite & in hostia perfectionem illis significat.

*Lingua non intellecta.*

Ab ethnico ritu, de quorum sacrificiis Sapiētiæ 14. dicitur: Obscura sacrificia facientes. Id institutum Agathonī cuidam Siculo tribuitur, sub quo Ioānes Episcopus Portuensis Constantinopoli primū Latinam Missam celebravit, de quo lege Nauclerum, Platinam, & alios. Nicolaus I. Sclavis & Polonis Missam in sua lingua fieri permisit.

*Corporale ex lineo panno, & quidem purissimo.*

Ex falsa persuasione & imitatione facti Ioseph in sepultura Christi. Id Sixto I. adscribitur.

*Candela cerea circa Aras.*

Ab Ethnicis Ægyptiis scilicet, qui, vt Clemēs refert, primi lucernæ vsum in Templis inuenerunt, de quo *Baruch 6.* vel ab Herculis instituto, qui vt Saturni aras, non mactatis viris, sed accensis cereis excolerēt, suos admonuit, lege Dionysium Halicarnassæum in 1. Annal. Rom. Alij ex Mose sumtum putāt, *Leuitici 6.* Inuexit hoc in Ecclesiam Sabinianus.

## AD LECTOREM.



**S**CIENS alia prater eo, qua de Missa  
 Papistica dici possent. Hoc tantum nunc  
 ostendere voluimus, vnde hac Papistica  
 enata sint. Hac enim omnia Apostoli ne-  
 scierunt. Sancti Patres olim in primitiua Ecclesia  
 abhorruerunt. Posteriores vero indoctiores & irreligi-  
 osiiores Episcopi & Monachi, huiusmodi nimium  
 multa in sacrosanctam Ecclesiam introduxerunt si-  
 ne autoritate Scripturae, contra Christi & Aposto-  
 rum doctrinam, Mosaicis partim ceremonias reno-  
 uatas impie transferentes ad nostra, adijcentes in-  
 numeras traditiones humanas, vt patet in Romano  
 Ordinario, quod vocant, & multo plures in Pontifi-  
 cialibus suis. Nec suffecit illis Iudeorum ritus, nisi  
 quicquid apud Gentes sacrilegos, idolatras, archi-  
 flamines inuenerunt, id omne in nostram transtul-  
 sent Ecclesiam. Vbi enim visum illis fuit, secuti sunt  
 ritus Mosaiscos: vbi vero aliud visum fuit, secuti sunt  
 ritus Gentium, & ex his consarcinatis, sinxerunt  
 vnum quasi corpus religionis, vt illud opponerent tra-  
 Dei, & consequerentur merito eius magnam salu-  
 tem. Magna autem rituum Papisticorum pars ab in-  
 stituto Melysi Regis Cretensium desumpta est. Hic  
 enim, teste Lactantio libro i. Instituit. primam & ri-  
 tus novos, & sacrorum Pompas introduxit. Verum si  
 de his sacris, qua Deus verbo suo instituit, dictum est:  
 Quo mihi multitudo victimarum vestrarum? quan-  
 to ma-

id magis de consuetu his hypocritarum sacris non a Deo institutis, sed ab humana superstitione excogitatu dicendum est: Quo mihi nuga sacrorum vestrorum? plenus sum. Nos igitur, vt ritus gentiam rejicimus, neque hic quicquam sacra mysteria, qua in Beleth, & rationali diuinorum exponuntur, curamus: ita nec Mosaicas ceremonias, post scissum velum, & incineratu tam Tabernaculum, quam Templum cum suo sacerdotio recipimus.

Hortamur autem omnes, qui Christo nome suum dederunt, vt simplicissimum Cæna Domini ritum, quem & primitiua Ecclesia obseruauit, imitentur: Papisticas verò ceremonias vt inutiles ac nouas abijctiant, ac eas ad Papistas ipsos transmittant. Christus IESVS gubernet suam Ecclesiam, ac nugas Papistarum euertat. Amen.

MISCELLANEA EORVM,  
 QUAE IN MISSA PAPISTICA A  
 Sacrificio & Choro, vel cantu, vel solo  
 murmure pronuntiarī solent, vnā  
 cum autorum ac tempo-  
 rum notatione.

*Introitus.*

**A**CHELESTINO ex Græcis Ecclesiis translatus, de quo Chrysostomus in Matthæum, capite II. An. 426.

*Confiteor.*

235. A Pontiano, vel Damaso institutum.

*Kyrie Eleyson.*

316. A Syluestro ex Græcis ad Romanos translatum, diuersa tamen ratione. *Gregorius in Registro lib. 7. cap. 63.*

*Gloria in Excelsis.*

130. A Telesphoro. de quo *de consecr. dist. 1. can. nocte. item, de hymnis, &c.*

*Et in terra.*

490. A Symmacho. ex Institutione Hylarij Pictauiensis Episcopi.

*Salutationes quæ per Dominus vobiscum septies in ea fiunt.*

96. A Clemente & Anacleto, ex lib. Ruth desumpta.

*Collecta, id est, prima & ultima preces in Missa.*

486. A Gelasio, ex veteri eleemosynas colligendi more. de quo *Tertul. in Apolog. 39.*

*Graduale.*

600. A Gregorio I. à gradibus altaris vel suggestitum enim cantari solebat, cum Episcopus in locum editiorem docendi causa ascenderet.

*Halleluia.*

369. A Damaso, de Hierosolymorum Ecclesia & traditione Hieronymi. de quo *Gregorius lib. 7. cap. 63. in Registro. & de consecr. dist. 1. can. bi duo.*

*Tractus.*

## Tractus.

A Telephoro, quod cum verborum tractu iungitur.

## Sequentia.

A Nicolao & instituto Nothgeri Abbatis: 860.

*Certa Epistolarum & Euangeliorum  
portiuuncula.*

A Damaso, ex instituto Hieronymi: 89.

## Symbolum:

A Marco, vel Damaso: 338.

## Offertorium:

A Gregorio I. & VII. de quo de consecrat. dist. i. 600.  
An. omnis, &c. 1037.

## Præfationes:

A Leone, vel Pelagio II. de quibus Gelasius 440.  
de consecr. dist. i. can. inuenimus. De veterum Præfa- 580.  
tione lege Cyprianum serm. 6. Augustinum in Psal. 93.  
Beda ad Philip. 3. de consecr. dist. i. can. quando, &c. I-  
tem Chrysostomum Homil. 61. de Sacrorum mysteriorum  
participatione, &c.

## Sanctus:

A Sixto: 128.

## Thus:

Leo III.

## Canon:

A pluribus. Ab Alexandro, qui pridie quam iungitur  
pateretur, vsq; ad illud, Hoc est corpus meum: 120.

A Gelasio, Te igitur elementissime, &c. 486.

360. A Syricio, Communicantes, & memoriâ  
venerantes.

440. A Leone, Hanc igitur oblatione. vsque, Pla-  
catus accipias. Item, Sanctum Sacrificium, &c.

A Gregorio, Tres postulationes, diesque no-  
stros in tua pace disponas, atq; ab æterna dam-  
natione nos eripias, & in electorum tuorum iu-  
beas grege numerari.

723. A Gregorio III. Sanctorum solennitates in  
conspetu tuæ maiestatis celebretur, Domine  
Deus noster in toto orbe terrarum, &c. sicalija-  
lia tradiderunt.

*Pater noster.*

A Gregorio, de quo in *Registro lib. 7. cap. 63.*

*Agnus Dei.*

690. A Sergio.

*Complenda & secreta.*

A Gregorio I.

*Conclusio per Ite missa est, per Benedi-  
camus Domino, & Deo  
gratias.*

440. A Leone.

MISSAE PAPISTICAE  
*architecti.*

CLEMENS,  
Anacletus,  
Alexander,  
Thelesphorus,  
Anicetus,

Zepherinus,  
Pontianus,  
Soter,  
Sixtus I.  
Urbanus I.

*Felix*

Felix I.	Theodorus,
Eutychianus,	Vitalianus,
Anastasius,	Zacharias I.
Marcus,	Leo I.
Damasus,	Leo II.
Gregorius,	Leo III.
Celestinus,	Martinus I.
Agapitus,	Sixtus II.
Agatho,	Gregorius VII.
Gregorius III.	Innocentius I.
Nicolaus I.	Hormisdas.
Symachus,	Sergius I.
Fabianus,	Honorius III.
Stephanus I.	Innocentius III.
Syricius,	Vrbanus II.
Gelasius,	Vrbanus IV.
Vigilius,	Lucius III.
Syluester I.	Pius II.
Pelagius I.	Leo IX.
Pelagius II.	Martinus V.

## CONCILIA EPISCOPORVM

*pro Missa Papistica.*

Ephesinum,	Concilium Martini,
Antiochenum,	Cabilonense,
Carthaginense II.	Toletanum IV.
Constantinopolitanum,	Aurelianense,
Arelatense,	Cabinense,
Guarmatiense,	Toletanum XII.
Lateranense,	Remense,
Agathense, Tiburiense,	Gerundense,

Carthaginense IV. Florentinum,  
 Vrbicum, Vercellense,  
 Constantiense, Turonicum, &c.

SEXTVM MEMBRVM.

*De Vocibus aliquot Pontificum.*

*Matth. 12.*

Ex verbis tuis iustificaberis, & ex verbis tuis  
 condemnaberis.

AD PONTIFICEM  
 ROMANVM.

*Vox tua te damnat vera sub ludice, Papa,*

*Ipsè sibi turdus viscà cacare solet.*

*Ex ipsis bobus nos cedi lora videmus.*

*Bosq; suo vitio puluerulentus erit.*

*Sicut tua te perdit vox, seu confessio, Papa,*

*Hæc pateris telis, vulnera facta tuis.*

*Gregorius I. contra cœlibatum Sacer-*  
*dotum, quem & ipse man-*  
*dauerat.*

HI cum comperisset, quòd clàm libidines  
 exercerentur, indeq; multi concepti foetus tru-  
 cidarentur, id mandatum abrogauit, dixitq;ue  
 melius esse nubere, quàm cœdibus causam præ-  
 bere. Nam cum aliquâdo in piscinam quandam  
 piscatum misisset, inuêta sunt in eadem sex mil-  
 lia submersorum infantium capita. Quod vidês  
 ex violento cœlibatu prodiisse, ex imo pectore  
 dolens, edictum illud protinus reuocauit.

*Sabinus.*



*Sabinianus de Gregorio I. predecessore suo.*

HIC detestatus omnia, quæ Gregorius fecit, libros etiam eius comburere conabatur, ac dicebat Gregoriũ hypocritam fuisse, & bona Ecclesiæ dissipasse.

*Nicolaus I. pro cœlibatu impurissimo.*

HIC & alij hoc tempore dicebant, honestius esse pluribus occultè implicari, quàm apertè in hominum vultu & conscientia cum vna ligari. Ista vox verè nostrorum Papistarum est. Dicebat etiam Pontificem nec solui, nec ligari à seculari potestate posse, quòd Pontifex Deus appellatur: quo factum Pontificium satis expressit.

*Syluester II. vitam suam flagitiosam detestans.*

HIC dum missaret, graui statim correptus febre ex strepitu dæmonum (inquit Petrus Præmonstratensis) sensit sibi mortem adesse, penamque Satanæ, cui se manciparat, reddendum. Scelus ergo magici erroris confessus est, miserabili & horrendo interitu præuētus, & inter ipsas mortis angustias (inquit Benno) manus & linguam, & genitalia, per quæ in ipso cœlibatu, sacrificando dæmonibus, Deum ipsum blasphemauit, abscindi rogat.

*Benedictus IX. de sua ipsius vita & doctrina.*

REFERVNT Historici, Benedictum hũc pro-

pe molendinum à quodam Heremita horrenda imagine visum. Erat enim corpore vrsò, cauda atq; capite asino similis, & cùm interrogaretur ab eo, vnde in eam metamorphosim incidisset, respōdisse fertur, Hac specie oberro, quia in Pontificatu, sine ratione, sine lege, sine Deo vixi, & omnibus probris Romanâ sedem inquinavi.

*Gregorius V I I. seipsum condemnans.*

REFERVNT Antonius ac Vincētius, Hiltebrandum istum in vltimo vitæ suæ articulo, ad se vocasse Cardinalem quendam, ac esse profectum, se grauitè offendisse, quòd suadente Diabolo, similtates, inimicitias, odia & bella inter multos excitauerit, & Henricum Imperatorem persecutus sit.

*Hadrianus I V. de ambitione Papali.*

HIC ante mortem dicebat, non esse in terris aliud vitæ genus calamitosius Papatu, & sanguine parari Pontificatum, non esse Petro, sed Romulo potius succedere, qui ppter Monarchiam occidit fratrem.

*Bonifacius V I I I. sanguinem spirans.*

CVM in die, quem illi Cinerum vocant, cineres pro more populo ministraret, Archiepiscopus vrbs Genuensis (hunc Gibelinæ factionis esse à multis audierat) accessit, ac genibus flexis, aperto capite stabat, vt cineres acciperet, quem

quem cum Bonifacius intuitus esset, nullam loci, nullam populi, qui astabat, nullam religionis rationem habens, ira in Archiepiscopum succensus est, ac cineris magnam copiam in eius oculos coniiciens, dixit: Memento homo, quia Gibelinus es, & cum Gibelinis in cinerem reuerteris.

*Clemens V. de suis libris.*

HIC in fine vitæ poenitens, dixit, librum Clementinarum, quem ipse ediderat, multos laqueos & errores continere, quem & comburi mandavit. Sed Ioannes Papa XXII. successor suus de nouo confirmavit. qua ex re maxima secuta est contentio & error.

*Julius I. de casu regni Pontificij.*

HIC cum exercitu urbem egrediens, rubigioso Pauli gladio accinctus, in pugnam aduersus Gallum & alios Principes prodiens, Petri clauem in Tyberim proiecit, hisce verbis: Quia clavis S. Petri non amplius valet, valeat nunc gladius S. Pauli. Qua voce se & successores dignitate Pontificia exiit, ac spoliauit.

*Leo X. blasphemus.*

PROPONENTI semel Cardinali Bembo quiddam ex læto illo Dei nuncio, dissolutè respondēbat, Quātum nobis ac nostro cœtui profuerit ea de Christo fabula, satis est seculis omnibus notum. Hic sceleratissimus nebulo palam hac voce expressit, se Antichristum illum esse, quem Paulus Peccati hominem, ac perditum

tionis Filium vocat. Hic nec cœlum, nec inferos post hanc vitam esse credebat.

*Julius III. se condemnans.*

CONSTITVERAT hic creare Cardinalem, nescio quem, Innocentium nomine, quem olim in deliciis habuerat, ac nunc iterum in domesticam consuetudinem admiserat. Quare cum ad senatum Cardinalium id deferret, & nemo esset, qui non resisteret, quod nulla virtute, sed vita & moribus esset obscœnissimus, respōdisse fertur: Quid, obsecro, vos, in me vidistis, quod Pontificia dignitate ornaretis? Quemadmodum ergo cum iste sit fortunæ lusus, vt quos ipsa velit euehat, me immeritum euexistis, euehamus hunc puerum quoque, & Cardinalem creabimus.

*Vox eiusdem blasphema.*

DELECTABATUR hic in primis porcorum & pauonum carnibus, sed cum Medicus admonuisset, ne porcinis vesceretur, quod valde inimicæ essent podagræ, qua Iulius subinde affligebatur, nec tamen vellet Iulius abstinere, Medicus submonuit Præfectum conuiuiorum, ne porcinas carnes iuberet apponi. Ergo cum semel non fuissent appositæ, idque Pontifex animaduertisset, Vbi est ferculum porcinarum carniū? inquit, cumque conuiuij Præfectus respondisset, Medicum imperasse ne apponeretur. Pontifex in hæc verba prorupit: Adfer meum ferculum *Al dispetto di Dio*. quod si velis Latine vertere, sonat, In contemptum Dei.

Et est

Et est quotidiana blasphemia quorundam ex fece lenonum, & aliorum nebulonum per Italiam, quam Iulius sæpissimè vsurpabat, quemadmodum etiam obscœnissima sæpe verba.

Idem cùm in prandio pavonem vidisset, quem non attigerat, Serua, inquit, mihi hunc frigidum in cœna, & para mihi in horto: nam habiturus sum conuiuas aliquot. Cùm igitur in Cœna alios pavones calentes vidisset appositos, frigidum pavonem, quem iusserat reseruari, non vidisset, vehementer exandescens, atrocissimam in Deum euomuit blasphemiam. Tunc ex cardinalibus quispiam, qui accumbebat, Ne tanto-perè commoveatur, inquit, sanctitas vestra pro re tantilla. Tum Iulius: Si valuit Deus vsque ad deò propter vnum pomum irasci, vt ieiecerit primos parentes ex Paradiso, non liceat mihi, qui sum eius Vicarius irasci propter pavonem, cùm multò maior sit pavo quàm pomum.

## SEPTIMUM MEMBRVM.

*De Vita Papali, vbi qualis quisque fuerit, describitur.*

*Lenones, Scortatores, Adulteri, Incesti, Sodomite.*

**S**ERGIVS III. ex impudentissima meretrice Marozia, nothum Ioannem XII. Papam, spurcissimus adulter genuit, & alia miracula cum scortis & lenonibus in ipso Papatu fecit, vt habet Luitprandus Ticinensis libro 3. cap. 12. de Imperatorum gestis.

**L A N D O I.** inter meretrices maiorem vitæ suæ partem, vnctorum cœlibum, eius ætatis more, consumpsit: consumptus tum demum ab ipsis & ille, cum non septem mensibus Papatum tenuisset.

**Theodora** scortū impudens, & Romanæ vr- bis domina, Veneris calore succensa, tam vehementer in **IOANNIS XI.** nothi Landonis, Romanam aduenientis, speciei decorē exarsit, vt eum non solum secum scortari voluerit, verum etiam compulerit, ac vt frequentiori illius concubitu potiretur, Pōtificia sedes Romam Rauennā per illam translata est: & hac ratione Bononiensem Episcopum primò, Rauennæ Archiepiscopum secundò, tertio Romanum Papam fecit, vt scribit Ticinensis in 2. lib. cap. 13.

**IOANNES XII.** Sergij III. ac Moroziæ famosæ meretricis ex horrido stupro filius, Papatum in assuetis sordib. papaliter administravit.

**IOANNES XIII.** virgines & peregrinas violauit, Lateranense palatium sacrum, lupanar ac prostibulum fecit. Stephanam patris sui concubinam, Raineram viduam & Hannam aliam adhuc viduam cum sua nepte constuprauit.

**CHRISTOPHORVS I.** deiecto Leone, scortis adminiculantibus Papatum violenter inuasit, qui per Sergium quendam Marozie splendide meretricis amasium turpiter sedem Papalem amisit.

**ALEXANDER VI.** luxuriosissimus tyrannus fuit. quis huius scelestissimi nebulonis in-  
audita,

audita, obscœna, & opprobriosa facta enarrat.

A quo Petrus Mendoza Cardinalis Valentis  
hensis dictus, meretricum agmine, ac ipsa Regi-  
ha minimè contentus, petit, atque obtinuit, vt &  
filio suo notho Zanethense Marchione, in sacro  
cœlibatu, tanquam amata sponsa, vteretur. Hic  
ALEXANDER cum impudica Lucretia sua filia  
sepissimè solito iucundior fuit.

Tales fuere IOANNES XIII. XIX. XXI.  
BENEDICTVS VI. IX. STEPHANVS VIII.

VICTOR III. quidem Papatum iniit, non  
Cardinalium aut populi Romani suffragiis ele-  
ctus, sed à Matilda meretrice, ac suæ factionis  
Normannis intrusus.

VRBANVS II. per Matildam meretricem ac  
Normannos Apuliæ dominos ad Papatum ve-  
nit, qui & Victorem intruserant.

LVCIVS III. scortatorum sacra approbauit.

IOANNES VIII. Gilberta primùm dicta, vi-  
rilem mentita sexum, sumto adolescentis habi-  
tu, Athenas cum suo amatore Monacho perre-  
xit. vbi cum excellèter in omnibus artibus præ-  
fecisset, eo tandem mortuo, Romam ipsa rediit:  
sed dissimulato semper muliebri sexu. Cum au-  
tem acutissimo ingenio, ac promptissima lingua  
in disceptationibus ac lecturis publicis ornatissi-  
mè loqueretur, multiq̃ue vehementer admira-  
tentur super eius doctrina, adeò in se conuertit  
omnium animos, vt mortuo Leone in Pontifi-  
cè ab ipsis eligeretur, ac duob. annis, mensibus  
verò sex in Pontificali cathedra pōtificialiter ses-

Constantiensi, quòd sit sodomita, adulter, scortator, &c.

De **CLEMENTE VIII**, in quodam Commentario super articulis Magistrorum Parisiensium legitur, quòd fuerit nothus, veneficus, homicida, leno, simoniacus, sodomita, periurus, stuprator, raptor, geomanticus, sacrilegus, & omnium scelerum artifex. Tales fuere **BENEDICTVS I. & XIII.** **PAVLVS III.**

**PAVLVS III.** Alexandro VI. sororem suam Iuliam Farnesiam stuprandam tradidit, vt Cardinalis & Episcopus Hostiensis fieret. Alteram deinde sororem suam, cum qua rem habuerat; videns quòd alios ardentius, quàm ipsum amaret, toxico interemit. Hunc Nicolaus Quercæus congrementem cum Laura Farnesia vxore sua; sed nepte eius, deprehendit, ac tale ei vulnus pugione incussit, vt eius cicatrix ad mortem vsque cum ipso maneret. Sed & aliam neptem lectissimam, non minus virginali pudore quàm forma præstantem, hircolus senex ad incestum & nefandum stuprum sollicitauit. Vt verò filia sua Constantia, cum qua sæpissimè rem habuerat, potiri liberius posset, maritum eius Bosium Sfortiam veneno necauit.

In tabellis habebat numerata 45. meretricum millia, ex quarum fornicatione singulis mensibus censum exegit. hæ à Papa in summo honore habentur, hæ Papæ pedes exosculantur, hæ Papam familiarissimè alloquuntur, hæ cum Papa die noctuq; consuetudinem habent.

*Rabidi*



*Rabidi ac tyranni.*

**IOANNES XIII.** ex suis Cardinalibus quosdam oculis, quosdam linguis, quosdam digitis, manibus, naribus & testiculis priuauit.

**BONIFACIUS VII.** Ioannem XV. paratis præsiidiis cepit, oculis priuauit, carcere inclusit, fame necauit, atque ita sedem Pontificiam occupauit.

**PASCHALIS II.** excommunicauit Henricum III. piissimum Principem, ac eius filium Henricum V. in arma contra patrem excitauit, ac ne ita quidem conqueuit horribilis monstrosedum, cum in mortuum eius cadauer rabide scruerit, exhumari per literas iusserit, extra templum proiici, & quinquennio carere Christiana sepultura.

**IOANNES XIII.** Hic Petrum quendam Romanum urbis præfectum carnifici tradidit, qui illius mandato vestibus exutum rasaq; barba, ad integrum diem capillis eum suspendit. Postea impositum asino, vultu ad eius posteriora verso, manibusque sub asini cauda ligatis, vt omnibus esset spectaculo, per urbem præcepit circumduci, virgis cædi, ac tum demum in Germaniam exulatum mitti.

**GREG. IX.** crudelissimo animo in Imperatorem defæuit, ac illum extinguere conatus est.

**VRBANVS VI.** novos Cardinales creat, septem ex veteribus in carcerem coniecit: quinque verò facie impositos aquis submersit.

**BONIFACIUS VIII.** tanto odio Gibellinos persecutus est, vt eorum quosdam Genuam concessisse audiens, illuc & ipse se contulit, vt eos omnino destrueret, eorumque nomen ex hominum memoria, ac orbe terrarum tolleret. Et cum in die, quem illi Cinerum vocant, cineres pro more populo ministraret, Archiepiscopus vrbis, Porchetus (hunc Gibellinae factionis esse à multis audierat) accessit, ac genibus flexis, aperto capite stabat, vt cineres acciperet. Quem cum Bonifacius intuitus esset, nullam loci, nullam populi, qui astant, nullam religionis rationem habens, ira in archiepiscopum succensus est, ac cineris magnam quantitatem in eius oculos coniecit, dicens: Memento homo, quia Gibellinus es, & cum Gibellinis in cinerem redigeris.

**INNOCENTIUS VII.** adeo tumultuose omnia gubernabat, vt cum semel Romani restitui in libertatem, reddique sibi Capitolium peterent, instarentque, vt schisma perniciosum ab Ecclesia tolleretur, bella extingueret, ac seditiones sopiret, Romanos ipsos Pontifex ad Ludovicum nepotem in S. Spiritus hospitali commorantem, tanquam ad certum carnificem miserit, qui statim undecim ex ipsis ciuibus, qui labenti suae Reipublicae consulturi venerant, necabat, & à fenestris deiciebat, dicens: Non alio modo seditiones & schismata tolli posse.

**INNOCENTIUS IV.** furore succensus, Fredericum anathemate notauit, imperiali dignitate priuauit, à iuramento fidelitatis Principes absoluit,

Moluit, eosque vt alium eligant Imperatorem hortabatur; multa contra piissimum Imperatorem falsa producens.

CLEMENS VI. diabolico furore percitus, literas scriptas foribus templorum affixit, quibus Imperatori gratissimarum poenarum supplicium comminabatur, nisi intra triduum suis satisfaceret cupiditatibus.

STEPHANVS VI. tanto odio Formosi nomen persecutus est, vt statim eius decreta abrogauerit; ac res gestas resciderit. tanta in mortuum quoque rabie defauit, vt habita synodo, eius eumulo corpus tractum, Pontificali habitu spoliatum, indutumque; seculari, vt vocant, sepulturae hicorum mandauerit, abscessis antea duob. dextrae manus digitis, & in Tyberim proiectis.

SERGIVS III. praedicti Formosi cadaver post octo annos a sepultura denuo e terra extra huius sit, & sedi Papali impositum, capitali supplicio, ac si viueret, affecit. Tres quoque digitos ex altera mutilatione relictos, amputauit, & cum his omnib. corpus ipsum in Tyberim proiecitur, tanquam communi Christianorum hominum sepultura indignum. Omnia illius acta damnauit; ita, vt denuo ad eorum ordines necesse fuerit eos admittere, quos ipse viuis sacerdotali officio dignos censuerat:

*Demoniaci, magi, seu incantatores.*

ALEXANDER VI. demonib. ipsis ex foedere iunctos fait, vt tandem in Pontificem crearetur:

**PAVLVS III.** in Astrologia ac diuinatione illa præcipuè, quæ malorum dæmonum adiutorio fit, primas obtinuit, ac Necromanticos, insignes nebulones, socios ac familiares habuit, vt eius ac filiorum eius fata in aspectibus, & syderum domjcijs inquirerent.

**SYLVESTER II.** artibus diabolicis intentus, totum se Satanæ mancipauit, modò vt Pontificatu potiretur.

**BENEDICTVS IX.** sedem satanicis artibus, ac magicis præstigijs obtinuit. In quibusdam nemoribus ante Papatum complicibus suis sociatus, per nefarię curiositatis ritus, ac ceremonias, spiritus malignos inuocare solebat, & fœminas, quascunq; volebat, Necromanticis operationibus in fœdos amplexus trahere.

**IOANNES XIII.** in alearum ludo dæmones in auxilia vocauit: diabolo vinum præbabit.

**CLEMENS VIII.** legitur, fuisse cheromanticus, ac simoniacus.

**GREGORIVS VII.** præstigijs diabolicis Papatum inuasit. Tales fuere Ioannes XIX. XX. XXI. Sergius IV. Benedictus VIII. Syluester III. Gregorius VI. Clemens I. Damasus II. Leo IX. Victor II. Stephanus IX. Benedictus X. Nicolaus I. Alexander I. Nam à Syluestro II. vsque ad Gregorium VII. sceleratissimum nebulonem, famosi fuerunt incitatores Romani Pontifices omnes, Magos

*Egyptios maleficijs longè  
superantes.*

*Atbei.*

*Athei.*

- **LEO X.** proponenti semel Cardinali Bembo quiddam ex læto illo Dei nuncio, dissolutè respondēbat: Quantum nobis ac nostro cœtui profuerit ea de Christo fabula, satis est seculis omnibus notum. Quibus verbis satis expressit, se Antichristum esse. Hic nec cœlum, nec infernum post hanc vitam esse credebat.

Tales erant Alexander VI. Syluester II. Paulus III. Benedictus IX. Ioan. XIII. Clemens VIII. Gregorius VII. & alij diabolici, seu Neeromantici, de quibus supra.

*Bellatores, ac carnifices.*

**INNOCENTIUS II.** post Papatum initum nihil antiquius aut sanctius duxit, quàm Rogeriũ Sicilię Ducem reprimere. Eduxit igitur suas copias magnanimus Papa, ac profligauit celeriter hostem: sed à superuenientis Ducis cum exercitu filio, cum Cardinalibus mox capiebatur.

**IULIUS II.** intra septennium plus quàm ducenta Christianorum hominum millia occidit iussit.

**GREGORIUS IX.** Imperatoris legatos, per quos de recuperata Hierosolyma certior fiebat, occidi mandauit.

**CLEMENS VI.** inter Principes Christianos discordias ac bella serebat: idque pollicitationibus, largitionibus, proditiõibus, variisq; dolis.

**CLEMENS IV.** nobilem Imperatorem Conradinum, vltimum Ducem Sueuorum publicè

decapitari fecit, sine vlla lege & ratione.

**INNOCENTIUS III.** persecutus est Cæsarem Philippum, & dixisse fertur, velle se Philippo Imperialem coronam adimere, aut Pontificiam infulam ab eo eripiendam.

**PAVLVS III.** aduersus Dei sanctos horrida bella, crudelesq; pugnas parauit. Talis erat & **Alexander VI.**

*Sacrilegi.*

**BONIFACIUS VII.** cum videret sibi non esse tutum amplius manere Romæ, ex diui Petri Basilica preciosissimos thesauros clam & furtim surripuit, ac Constantinopolim aufugit.

**CLEMENS VIII.** accusatur, quod sit periu-  
rus, sacrilegus, veneficus, homicida, leno, simo-  
niacus, sodomita, geomanticus, &c.

*Proditores, seu seditiosi.*

**ALEXANDER III.** proditionem fecit contra Imperatorem Fridericum, qui Comitibus Norimbergæ, & illuc vocauit omnes Imperij Principes, quibus Alexandri proditionem aperuit, proditoriam epistolam ab eo ad Soldanum missam legit, & quibus modis liber esset dimissus, exposuit.

**GREGORIUS II.** totam Hispaniam, Emyliam, Liguriam, Italiam, & alias terras ab imperatoris Leonis obedientia decedere fecit, & vectigalia, quæ solui Christus iussit, pessimus hic latro & Antichristus interdixit.

**GREGORIUS VII.** Imperatoris Henrici vi-  
tæ inq;

in insidias struens, variis modis eum tollere conatus est. adeo vt in ipso quoque templo inter preces illum perdere voluerit. De quo legatur Cardinalis Benno.

PASCHALIS II. totum vitæ cursum in bel-  
lis gerendis, ac seditionibus absoluit.

GREGORIUS IX. Germaniæ principibus  
pernuncios mandabat, vt Fridericum Imp. ma-  
iestate imperatoria priuarent. Tales fuere & Iu-  
lius II. & Hadrianus IV. Gregorius III. &c.

*Blasphemi,*

LEO X. de quo supra.

IULIUS III. multa in contemptum Dei disse-  
rabat sæpiusculè.

*Parricide ac venefici.*

PAVLVS III. matrem suam ac nepotem ve-  
neno sustulit, vt omnis ad illum conflueret Far-  
nesiorum hæreditas. Alteram sororem, cum qua  
rem habuerat, quòd alios magis amaret, toxico  
etiam interemit.

ALEXANDER VI. Gemen Baiaxetis Turca-  
rum Regis fratrem Romæ captum, pro ducens  
tis aureorum millibus à Turca receptis, veneno  
interfecit. Aliquot etiam Senatores ac Cardi-  
nales eodem veneni genere interfici mandauit.  
Verùm cùm incautè ab his, qui pocula porrige-  
bant, mutata lagena esset. Alexander & ipse ve-  
nenum hausit, ac sic vnà cum Senatoribus ac  
Cardinalibus periit.

INNOCENTIUS IV. per quendam largitio-

ne corruptam, venenum sacro Imperatori exhibuit.

**GREGORIUS VII.** Nicolaũ II. opera Brazuti sui complicitis, veneno interfecit. Scribunt autores per hunc Gregorium, qui antea dicebatur Hiltebrandus, sex aut octo Pontifices, Gerardi Brazuti ministerio, veneno enecatos esse, vt ita sterneretur ei ad Papatum via.

*Turca domestici.*

**CLMENS VI.** in id semper intendebat, vt Christiani Principes semper inter se dissidentes nunquam aduersus Turcam cõuenire possent.

**ALEXANDER VI.** suam tyrannidem tueri volens, Turcarum Monarcham aduersus Gallo- rum Regem in adiutorium vocauit,

**ALEXANDER III.** Soldano Imperatori Turcarum Cæsarem Fridericum prodidit.

**GREGORIUS IX.** per literas rogat Soldanum Turcarum Imperatorem, ne terrã sanctam reddat, imò det operam, vt Cæsarem fines Imperij Soldani vastantem interficiat.

*Bibacissimi.*

**LEO X. ac NICOLAUS V.** nimio bibendi studio tenebantur.

*Simoniaci.*

**A GREGORIO IX.** Cæsar absolutionem centum millibus auri vnciis emit.

**BENEDICTUS IX.** timore perterritus, Papatum compliciti suo Iohanni Gratiano vendidit, acceptis



acceptis ab eo libris mille quingētis, qui postea dictus est Gregorius VI. Tales erant Leo X. Innocentius II X. Sylvester III. Gregorius VI. Gregorius XII. Ioannes XII X. &c.

*Monstrosi.*

BENEDICTVM IX. referunt Historici prope Molendinum à quodam Heremita, horrenda imagine visum. Erat enim corpore vrsò, cauda atque capite asino similis. Et cum interrogaretur ab eo, vnde in hanc metamorphosim incidisset, respondisse fertur: Hac specie oberro, quia in Pontificatu sine ratione, sine Deo & lege vixi.

NICOLAUS III. ex concubina filium genuit, crinibus & vnguibus vrsæ similem. Vide Ioannem Nouiomagam.

*Spurij, seu nothi.*

MARTINVS II. Palumbi Necromantici Sacerdotis filius ex scorto.

Ioannes II. Landonis Papæ filius ex scortatione.

Ioannes XII. Sergij III. ac famosæ meretricis Marozizæ filius.

Ioannes XIV. Ioannis XII, Papæ filius ex scorto.

Ioannes XVI. Leonis Sacerdotis filius ex scortatione.

Benedictus II X. Gregorij Episcopi filius ex scortatione.

Ioanes XXI. eiusdè Gregorij filius ex scorto.  
Sylvester III. Laurètij Archipresbyteri filius.

Hadrianus IV. Roberti Monachi filius.  
Eugenius IV. Gregorij XII. Papæ filius ex  
scorto.

Clemens IX. Leonis X. filius ex scorta-  
tione.

Gregorius IX. Innocentij III. filius.  
Hadrianus V. Innocentij IV. filius.  
Gregorius IX. Clementis VI. filius.

*Illiterati.*

Benedictus VII. conditione laicus fuit.  
Benedictus IX. Sergius III. Eugenius IV.  
Ioannes IX. Ioannes XXI. &c.

*Ariani.*

Anastasius II. Liberius, Felix II.

OCTAVVM MEMBRVM.

*De contentione de Papatu, vnde factum, vt duo,  
tres, aliquando & quatuor Pontifi-  
ces electi sint.*

*Papa quatuor simul.*

**V**ICTOR, antea Octavianus dictus, Alexan-  
der III. Calixtus III. Paschalis, sub Frideri-  
co Barbarossa.

*Papa tres simul.*

BENEDICTVS II X. vel IX. qui tandem fu-  
gitus est, Sylvester III. qui pecunia Papatum  
redemit, Gregorius VI. cui Benedictus ius suū  
vendidit. Hos inter se concertantes de Pontifi-  
catu, tandem abdicavit Henricus III. Cæsar.

GR E G O R I

**GREGORIUS XII. Benedictus XIII. Alexander V.** ante concilium Constantiense hi mutuo sese excommunicabant.

**IOANNES XXIII.** qui Bononiæ, **Gregorius XII.** qui Arimini, **Benedictus XIII.** in Hispania. vixerunt post **Alexandrum V.**

**IOANNES XIII.** qui ob vitæ impuritatem profugit Roma, **Leo IX. Benedictus V.**

**Benedictus XIII. Martinus V. Clemens IX.**

*Pape duo simul.*

**BONIFACIUS II.** qui **Dioscorum** intoxicavit, **Dioscorus.**

**Sisimus, vel Zosimus, Dioscorus** post mortem **Ioannis VII.**

**Stephanus III. Constantinus.**

**Symmachus, Laurentius.**

**Eugenius II. Valentinus,** post **Anastasium II.**

**Sergius III. Christophorus,** quem **Sergius** è Monasterio tractum in vincula coniecit.

**Urbanus VI.** is Romæ mansit, **Clemens VII.** is Avinijum se recepit in Galliam: alter in alterum censuris sæuebat.

**Eugenius IV. Clemens IX.**

**Gelasius, Gregorius Antipapa.**

**Calixtus II. Gregorius.**

**Innocentius II. Anacletus Petri Leonis filius.**

**Eugenius IV. Felix V.**

Ex his intelligis facile, qualis sit Romana ecclesia, quæ tot capita habeat, & caput Ecclesiæ Papisticæ à Diabolo, non à Deo esse.

*De fastu Pontificum portentofo, quem cum alibi,  
tūm excommunicationis fulmine, & pe-  
dum ad osculum exhibitione,  
demonstrârunt.*



**HADRIANO IV.** cum Fridericus Imperator apud Sutrium occurrisset, equo relicto, pedes Pontificem excepit, ac sinistram sellæ strepam descendenti de iumento tenuit. Quod Papa (superbissimus Satan) ludibrij loco duxit, cum, ut ille arroganter petiuerat, dextera fuisset contrectanda. Quo nonnihil cōmotus Imperator, paululum subridens respondit: Minimè se studuisse apprehendendis strepis: tu primus es, pater, inquit, cui tali officio vnquam deseruiuimus. Et quia loquendo bilis ei mouebatur magis: Scire velim abs te, ait, officij genus hoc, ex debito ne sit, an beneplacito? Quod si ex benevolentia descendit, quis causabitur negligentiam in spontaneo? Si non ex debito, parum interesse putamus, quo latere accesserit, qui venerabundus accedit. Postero die Imperator illi obuiam rursus ibat, atque ex priore eius obiurgatione doctior factus, dextram sellæ strepam apprehendit, perduxitque in castra.

**INNOCENTIUS III.** tanto odio persecutus est Cæsarem Philippū, quod à Germaniæ Principibus, ipso inuito creatus fuisset, ut in hæc verba proruperit: Aut Pontifex Philippo diadema

&

& regnam (ô arrogâs bestia) aut Philippus Pontifici insigne Apostolicum adimat.

PASCHALIS II. cùm Guilielmus procurator atque clericus Regis pro eius iure respondens, inter cætera constanter diceret, non velle Regem pro Regni amissione, Prælatorum inuestituris priuari, ait Papa, superbè admodum: Si quemadmodum dicis, Rex tuus nec pro regni sui periclitatione, donationes Ecclesiarum à se alienari patitur, scias præcisè corâ Deo loquor, quia nec pro sui capitis precie eas ei impunè permitto.

CLEMENS VI. Oratoribus dicebat, se nunquam Ludouico veniam daturû, nisi priûs Imperium deponeret, & se, atque filios suos & bona omnia in manus ac voluntatem illius reponeret, pollicereturque se nihil horum rursus suscepturum, nisi ex ipsius Pontificis gratia.

IOANNES XXIV. Papatum ambitiosè inuasit: cùm enim Bononiæ (Stella teste) potius vt Dominus quàm Legatus esset, magnoque exercitu imperaret, & Patres pro nouo Pontifice deligendo ibidem cõuenissent, multa eis interminatus est, nisi Pontificem sibi gratum elegissent. Et ea de causa multi producti fuerunt, quorum neminem approbare voluit. Cùm verò peteretur, vt quem vellet significare dignaretur, Date mihi, inquit, Petri chlamydem, & ego dabo Pontifici futuro. Quod cùm factum esset, ille pallium suis humeris imponens, Papa, ait, sum ego. Quæ res, quamuis Patribus displicuisset, fortè ta-

Pipinus, Pontificis pedes mox osculabatur, ~~ita~~ pedes apprehendit, frenum accepit manu, stratoris officium adimpleuit, ac perpetuam fidelitatem iurauit.

DAMASVS II. prædecessoris sui Clementis Cancellarius erat, & dominum suum ambitione accensus, veneno petiisse dicitur.

CONSTANTINVS I. Cæsari suo domino pedes osculandos primus exhibuit.

BENEDICTVS III. pedes præbuit osculandos Cæsari & aliis, ac se tanquam Patrem sanctissimum, vel potius terrenum idolum adorari permisit.

IOANNES XVII. Crescentio Consuli Romano pedes osculandos præbuit.

LEO IV. pedes populo deosculandos præbuit, & crucem Papalem contra Aquisgranensis Concilij statuta, gemmis primùm exornauit, & ante se ferri præcepit. Tales fuere & Bonifacius I. Symmachus, Bonifacius II. Syluerius, Martinus II. Formosus I. Theodorus II. Benedictus IV. Sergius III. Ioannes X. Gregorius VI. &c.

*Cæsares excommunicati à Pontificibus.*

**O**THO IV. ab Innocentio III.  
Henricus IV. à Gregorio VII.  
Henricus V. à Paschali II.

Fridericus I. Sueuus, ab Hadriano IV. & Alexandro III.

Philippus Friderici I. filius, ab Innocentio III.  
Frideri-

Fridericus II. à Gregorio IX. tertio excommunicatus.

Conradus IV. ab Innocentio IV.

Superbum certè ac crudele est, ad eum modum excommunicari à Pontificibus Cæsares, neque excommunicari tantùm, sed & imperio deiici: ita vt nihil ferè honesti cogitare queas in his Pontificum factis, præsertim si causas & rationes omnes expendaris.

*Imperatores, quos ad osculandum pedes Pontifices coegerunt.*

IVSTINIANVS Constantini filius, Constantini pedes osculatur.

Crescentius Consul osculatur pedes Ioannis XVII.

Otho I. pedes Ioannis XVII.

Henricus V. Gelasij II. pedes osculatur.

Sigismundus Cæsar Martini V. & Eugenij IV. hic homo illiteratus & indoctus voluit, vt Cæsares pedes Pontificis oscularentur.

Carolus V. Clementis IIX. exosculatur pedes, à quo & coronatus est Bononiæ, &c.

Osculari pedes Pontificum ex ritu ethnico sumtum est. Nam (vt Plutarchus testatur) Sacerdotib. Romanis nec habere, nec petere Magistratum permittebatur: lictore tamen & sella curuli utebantur, vt his deliniti, vltra non quaerent. In templis prope ianuam lecticam habebant, tanquam custodes, & refugium. pedes his reliqui osculabantur. Quin & aliis summis viris

id genus honoris habebatur, cuius rei testis est Seneca, scribens, Caium Cæsarem porrexisse ad osculandum sinistrum pedem Pompeio Pœno, vt ita ostenderet focculum auratum, margaritisque distinctum. Idem Pomponius Lætus asseruit, ita scribens: Imperatores antea manus osculandas Nobilibus præbebant, post suis manibus subleuabant ad oris osculum. vulgus genua osculabatur. Diocletianus verò edicto fanxit, vti omnes sine generis discrimine prostrati pedes sibi exoscularentur, quibus etiam venerationem quandã adhibuit: exornans calceamenta auro, gemmis, & margaritis, quod fecisse antea Caligulam, Seneca scribit.

*DE PRODIGIIS, SEV OSTENTIS quorundam Pontificum Romanorum temporibus visis, quibus Deus partim doctrinæ, ac sedis Pontificiæ pestilentiam & vanitatem, partim incommoda Ecclesiæ, partim pœnas Pontificiorum, partim verò inclinationem, seu casum regni Papistici significauit.*

CAPVT V.

An. 600. **M**IRABLEM de GREGORIO MAGNO refert historiam Huldricus Augustanus Episcopus in Epistola sua ad Nicolaũ I. cuius summa



na est, quòd iste Gregorius primò Sacerdotibus suis mandauerit cœlibatù, sed postea comperto, quòd clàm libidines exercerentur, indeque multi concepti foetus trucidarètur, id mandatum abrogauit, dixitque, melius esse nubere, quàm cœdibus occasionem præbere. Nam cum aliquando in piscinam piscatum misisset, inuenta sunt in eadem 6000. submersorum infantium capita. Quòd videns ex violento cœlibatu prodidisse, ex imò pectore dolens, ac ingemiscens, edictum illud protinus reuocauit. Non tantùm enim à virginibus & conitugatis sibi non abstinuerunt, sed & cum consanguineis filiabus, cum masculis, atque adeò pariter cum brutis (dictum horrendum) foedè sese commiscuerunt, vt idem Huldricus docet:

**PAVLI I.** tempore, anno 767. stellæ (vt Petrus Præmonstratensis refert) de cœlo in terram cadebant, iuxta id quod scribitur Apocalypsis cap. 6. Nam Carolus Magnus statim incepit regnare, qui ædificauit 24. Monasteria, extincta luce Euangelij.

**BENEDICTI III.** tempore, anno 855. in vrbe Moguntinensi Dæmonium quoddam sub cuiusdam Presbyteri Cappa dum aquam iustalem spargeret, quasi ipsi familiaris esset, latitans illum accusabat, quòd ea nocte cum filia Procuratoris concubuisset, vt Sigebertus atque Vincentius referunt.

Ante mortem **HADRIANI II.** anno 870. Bria tribus diebus sanguinem pluit, & locustæ

Gallias magnis agminibus miserè affligerunt id quod doctrinæ corruptelam ac traditionum humanarum incommoda significat. de locustis lege Apocal. 9.

Tempore **SERGII III.** (qui ex impudenti, sive meretrice Marozia Ioannem XII. Papam spurcissimus adulter genuit, & multa miracula cum scortis & lenonibus in ipso Papatu fecit, ut habet Luithprandus Ticinensis lib. 3. cap. 12. de Imperatorum gestis.) faces in aere discurrentes magni prodigij loco sunt visæ: anno videlicet 913. eo moriente.

Tempore **IOANNIS XII. SERGII III.** ac Marozia formosæ meretricis, ut supra dictum est, ex horrendo stupro filij, Genus sanguinis largissimi effluxit, præmonstrans breui affusuram Dei vindictam, sicut in effectu contigit. Africanis, Saracenis & Hungaris omnia, trucidata etiam multitudine populi, diripientibus.

**LEONIS VII.** tempore, anno 956. è Sole per plures dies manare sanguinem in Italia multi viderunt, ut Massæus scribit, & secuta est hominum mortalitas maxima.

**MARTINI III.** tempore Sol horribilem se ostendit, inquit Massæus, quæ res futuram Dei vindictam minabatur.

**IOANNIS XVI.** tempore, qui omnia scortis ac spuris, posthabito Romanæ sedis honore, elargiebatur, anno 985. apparuisse Cometam fuerunt, futuræ calamitatis indicium. Nam & fame & peste diu laboratum est, & Beneventum ac  
Capua

Capua terræ motu concussæ sunt, eaque mala ob superbiam, luxuriam, & rapacitatem Pontificum, contemptumque Dei & hominum, accidisse putatum est.

**SYLVESTER II.** qui Diaboli ope adiutus, Romani Papatus sedem accepit, eius vicarius factus, quem è puteo tartareo, suis præstigiis ac necromantiis soluit, Apocal. 20. Cùm Papa tum in anno à Christi natiuitate millesimo assumisset, terræ motus magnus & mirabilis, teste Masæo, contigit, & cometa horribilis visus est 14. Decembris.

Dum **SERGIUS IV.** moritur, anno 1012. in Italia regnabat fames & pestis, & erat in Lotharingia fons quidam in sanguinem versus. Idolatria & falsus Dei cultus per sanguinem significantur.

De **BENEDICTO IX.** referunt Historici, quòd à Dæmone, cui sese tradiderat, & quem sæpius inuocare solebat, in syluis circa annum 1056. sit suffocatus, qui prope Molendinum à quodam Heremita, horrenda imagine postea visus sit. Erat enim corpore vrsò, cauda atque capite asino similibus, & cùm interrogaretur ab eo, vnde incidisset in eam metamorphosim, respondisse fertur: Hac specie oberro, quia in Pontificatu sine ratione, sine lege, sine Deo vixi, & omnibus probis Romanam sedem inquinavi. Sub hoc Benedicto, anno 1039. 6. die Aprilis, magna trabes ardere in cælo visa est, iuxta Massæum lib. 16.

**BENEDICTI X.** tempore 1059. non procul à

Tornato multitudo colubrorum prælio coner-  
tantium visa est, quæ nõ prius cessauit, quàm in-  
dustria populi circumstructo igne, comburere-  
tur, vt Massæus libro 16. refert. Id contentionem  
de Pontificatu significabat.

1073. GREGORIUS VII. alter Caiphas, ac mortis  
strum Satanicum, cùm ad excommunicandum  
Cæsarem sine legitima accusatione, sine iudicia-  
rio ordine, de sede surgeret, sedes ipsa nõ uiter li-  
gnis fortissimis constructa subito, Dei nutu, ter-  
ribiliter scissa est in plures partes, vt manifestè  
daretur intelligi, quòd tam præsumtuosa excõ-  
municatione sessor ille terribilia schismata, con-  
tra Christi Ecclesiam seminaret, significauit hoc  
& sedis Papisticæ ruinam.

VICTORIS III. tempore, qui à Matilda me-  
retrice, ac suæ factionis Normanis intrusus est,  
multa prodigia apparuerunt: nam & aues do-  
mesticæ, ut potè gallinæ, anseres, columbæ, pa-  
uones, ad loca montana confugerunt, syluestres  
que sunt factæ: & pisces tum fluuiatiles, tum ma-  
rini magna ex parte perierunt. Terræmotu etiam  
quædam vrbes adeò concussæ sunt, vt Syracu-  
sis maior Basilica corruens, dum uespere canes-  
retur, omnes qui tum in templo aderat, duobus  
exceptis, contriuerit.

PASCHALIS II. tempore, qui totum vitæ  
cursum in bellis gerèdis, ac seditionibus, in am-  
plianda sede satanica, absoluit, multa prodigia  
acciderunt. Anno enim 1100. Luna, quasi lumi-  
nis expers, extincta uidebatur. Anno sequente

apud

apud Ratiennam & Parmam in Julio sanguinem pluit. Anno 1114. in Decembri cœlum repente rubens apparuit, quasi arderet, & Luna passa est eclipsim. Tamesis eodem anno per duos dies exsiccata fuit. Anno 1117. tonitrua, grandines, ac ventorum impetus horribiles fiebant, ac terremotus magni, qui templa, turres, mœnia, ædificia, arbores, & homines contriuerunt. Sub eodem sanguis, teste Vrspergenſe Chronographo, ex panibus fluxit Spiræ, in ſignum Pontificiæ tyrannidis.

Tempore LVCII III. qui ſcortatorum ſacra approbavit, terremotus ingens aliquot in Aſia inſignes vrbes, & in Sicilia 25000. hominum deleuit.

Tempore HONORII III. anno 1216. qui Carmelitas & Auguſtanos antea præductos protegendos ſuſcepit, Dominicanos & Franciſcanos ſub Innocentio III. generatos, approbavit, confirmavit, & in adoptionis filios admittit, vt Eccleſiæ patrimonium, ac panis in Miſſa tranſſubſtantiationem contra Valdenses defenderent. Portenta mirifica militum armatorum in aere ſunt viſa, tanquam acies illa Gog & Magog, Apocalypſis 20. quæ ſub Satana gentes ſeducit: hi enim Mendicantium, id eſt, Fratrum ſolæ ordines quatuor adorauerunt beſtiam, & imaginem eius, habentes illius characterem in frontibus, ac manibus. Apocalypſis decimotertio: Hi ſeduxerunt Gentes, quæ ſunt ſupra terræ angulos, & eos congregavit Satan. Tempore

eiufdem per tres dies, terram fanguineam pluit.

EO ANNO, quo Dominicani Fratres ex Italia in Angliam venerunt, fcilicet anno 1224. sub GREGORIO IX. multæ pluiæ ac tonitrua fuerunt, & grandines ceciderunt, inftar lapidum quadrangularem, ad ouorum quantitatem, quibus arbores, vineæ, ac fegetes sunt extinctæ, atque homines contriti. Aues etiam per aera volitantes, carbones ignitos in rostris deferre, ac domos incendere videbantur. Mirabiles in Anglia (inquit Matthæus Parisius) fuere tempeftates, & horrenda tonitrua, ventus furibundus, & fegetum fuffocatio: hæc ædificia diruerunt, templa & arbores proftauerunt, ac naues fubmerferunt.

EO ANNO quo Francifciani ex Italia in Angliam venerunt, 1226. fuperuenit ventus à Septentrione, quatens domos & pomæria, nemora & turres templorum, vifiquæ sunt dracones ignei, & maligni fpiritus in turbine volitare.

EO ANNO, quo Carmelitæ ex Palæftina venerunt, 1240. sub CLESTINO IV. magna lues animalium & hominum, maximaque inundatio imbrum fuit. Beluæ marinæ eo anno pugnabât in Anglico littore, quod bellum designabat futurum inter Regnum & Sacerdotium.

EO ANNO, quo Auguftiniani ex Italia in Angliam venerunt, 1252. sub ALEXANDRO IV. incepit magna peftilentia Londini, & durauit per totum regnum à fefto Michaelis, vfque ad feftum Petri ad Vincula proximè futurum.

Tartari

Tartari eo anno Papisticam fidem per Dominicanos & Franciscanos susceperunt: huius Papisticæ fidei ac doctrinæ pestilentiam, significabant hæc prodigia.

Ante mortem **VRBANI IV.** anno 1260. qui instinctu cuiusdam foeminae sibi familiariter notæ, festum Eucharistici panis, seu triticei Dei instituit, ex quo tandem fonte innumerabilium idolatriarum ac superstitionum pelagus effluxit, quod vniuersum ferè Christiani orbis populum horribiliter inquinavit, apparuit cometes miræ magnitudinis, tribus circiter mensibus: & ipsa nocte, qua defunctus est, apparere desit.

**IOANNES XXI.** qui plus detrimenti, quàm honoris & emolumentum Põtificatui attulit, dum longam sibi vitam polliceretur, camera quædam noua, quam in palatio Viterbiensi ad delicias extruxerat, post quartum diem, anno 1277. subito corruit, atq; inter ligna & lapides solus inuentus, septimo die post tantam ruinam Pontificatus sui mense octavo miserè interit.

**NICOLAUS III.** anno 1278. ex concubina filium generauit, crinibus & vnguibus similem visæ, vt refert Ioannes Nouiomagus in illustrationibus Bedæ. Hoc monstrum portendebat qualis sit Papalis sanctitas,

**INNOCENTII VI.** tempore, qui superciliosus, pertinax, seuerus, simoniacus, Gezra Christianorum persecutor acerrimus erat, anno 1350. vt Massæus testatur, flamma quædam post Solis occasum diu visa terribile ostentabat incèdium.

eiusdem per tres dies, terram sanguineam pluit.

Eo anno, quo Dominicani Fratres ex Italia in Angliam venerunt, scilicet anno 1224. sub GREGORIO IX. multæ pluuiæ ac tonitrua fuerunt, & grandines ceciderunt, instar lapidum quadrangularem, ad ouorum quantitatem, quibus arbores, vineæ, ac segetes sunt extinctæ, atque homines contriti. Aues etiam per aera volitantes, carbones ignitos in rostris deferre, ac domos incendere videbantur. Mirabiles in Anglia (inquit Matthæus Parisius) fuere tempestates, & horrenda tonitrua, ventus furibundus, & segetum suffocatio: hæc ædificia diruerunt, templa & arbores prostrauerunt, ac naues submerserunt.

Eo anno quo Franciscani ex Italia in Angliam venerunt, 1226. superuenit ventus à Septentrione, quatens domos & pomæria, nemora & turres templorum, visique sunt dracones ignei, & maligni spiritus in turbine volitare.

Eo anno, quo Carmelitæ ex Palæstina venerunt, 1240. sub CELESTINO IV. magna lues animalium & hominum, maximaque inundatio imbrium fuit. Beluæ marinæ eo anno pugnabāt in Anglico littore, quod bellum designabat futurum inter Regnum & Sacerdotium.

Eo anno, quo Augustiniani ex Italia in Angliam venerunt, 1252. sub ALEXANDRO IV. incepit magna pestilentia Londini, & durauit per totum regnum à festo Michaelis, vsq; ad festum Petri ad Vincula proximè futurum.

Tartari



Tartari eo anno Papisticam fidem per Dominicanos & Franciscanos susceperunt: huius Papisticæ fidei ac doctrinæ pestilentiam, significabant hæc prodigia.

Ante mortem V R B A N I I V. anno 1260. qui instinctu cuiusdam foemine sibi familiariter nota, festum Eucharistici panis, seu triticei Dei instituit, ex quo tandem fonte innumerabilium idolatriarum ac superstitionum pelagus effluxit, quod vniuersum ferè Christiani orbis populum horribiliter inquinavit, apparuit cometes miræ magnitudinis, tribus circiter mensibus: & ipsa nocte, qua defunctus est, apparere desit.

I O A N N E S X X I I. qui plus detrimenti, quàm honoris & emolumentum Põtificatui attulit, dum longam sibi vitam polliceretur, camera quædam noua, quam in palatio Viterbiensi ad delicias extruxerat, post quartum diem, anno 1277. subito corruit, atq; inter ligna & lapides solus inuentus, septimo die post tantam ruinam Pontificatus sui mense octavo miserè interijt.

N I C O L A V S I I I. anno 1278. ex concubina filium generauit, crinibus & vnguibus similem vrsæ, vt refert Ioannes Nouiomagus in illustrationibus Bedæ. Hoc monstrum portendebat qualis sit Papalis sanctitas,

I N N O C E N T I I V I. tempore, qui superciliosus, pertinax, seuerus, simoniacus, Gezra Christianorum persecutor acerrimus erat, anno 1350. vt Massæus testatur, flamma quædam post Solis occasum diu visa terribile ostentabat incèdium.

Deinde locustarum immensitas multis in locis  
erosis frugibus, etiam virgulta depasta est.

**GR E G O R I I X I**, tempore, anno 1378. in ipsa  
mors eius hora, in Auemensi palatio ignis  
accensus dicitur, qui nec extingui potuit, donec  
maior pars effet exusta, sequebaturq; in Papatu  
schisma omnium maximum, atque ita ex Gallia  
Romam translata sessio Pontificia. Sub hoc Pon-  
tifice nouum genus, vel sectam mirabilem quo-  
rundam dæmoniacorū, tam virorum, quàm mu-  
lierum, præter omnem verecundiam chorizan-  
tium, Petrus Præmonstratensis fuisse describit  
& anno 1375. ex Aquisgrano in Hannoniam, at-  
que inde in Franciam venisse demonstrat, quod  
Papæ ac Cardinalium suorum cōmigrationem  
Romam ex Galliis prædiuinare poterat. His vis-  
debat quod in sanguinis flumine saltarēt, quās  
quam astantes nihil tale viderint. Vulgus inter-  
pretatur, quod populus ille male baptizatus es-  
set à Presbyteris tenentibus meretrices.

1410. Cū eodem tempore tres Pontifices essent,  
Gregorius XII. Benedictus XIII. & Alexan-  
der V. tres Soles in nubibus apparebant: nam  
Papa se Solē esse iactitat, verū omnes isti pal-  
lidi erant, vt quibus mox euanesendum esset.  
Sæpius hoc contigit, vt tres Papæ, non sine mul-  
torum discrimine eligerentur, aliquando verò  
duo, atque alius alium deponit, alter alterum  
vt hostem Ecclesiæ damnat, alter alterum ex-  
communicat, capit, & in carcerem trudit. Hæc  
scilicet est Petrinæ actionis imitatio, hæc pro-  
digia

digia casum, seu inclinationem regni Papistici significant.

IOANNES XXIV. dum Romæ synodum celebrasset, vt Sigismundum Hungariæ Regem Imperiali diademate ornaret, ac post Missam de Spiritu Sancto in sublimiori cathedra sederet, mox aderat bubo, quæ super templi trabem horrida sua voce iniectis in Papam oculis, ipsum monstrifico more salutavit: astantes autem vehementer admirari ceperunt: & quidam eorum submissa voce dicebant, En Spiritus Sanctus adest, quem tam ardentè inuocabant, vt illis expectatum ferret auxilium. Cæteri se mutuò spectantes & Papam, vix risum continere poterant. Ioannes ipse rubore suffusus sudare, angustiari, atque intra seipsum æstuare cœpit: tandemque non inueniens, qua posset alia ratione suæ tam magnæ confusioni cōsulere, soluto consilio surgens abscessit. Secuta est deinde altera sessio, in qua similia rursum, sed maiori cum verecundia passus est, nec poterat bubo aut clamoribus abigi, aut fustibus terreri, ita vt in ea synodo nihil prorsus actum sit. Idem in itinere versus Constantiam ex rheda præceps cecidit. Hæc portenta ignominiam sedis Pontificiæ, & lapsum regni Papistici significabant.

ALEXANDRI V. tempore 1500. Angelus apud Hadriani molem in supremo loco positus, terrifico fulmine deiectus in terram fuit, quod in Papatu casum prænunciabat. Huius ætate Parisiis meretricum etiam ordo institutus est per

Minoritum Ioannem Tislaranum, ac si Christianis religio meretricibus etiam indigeret.

**I V L I V S II.** cum exercitu egrediens urbem aduersus Gallum, & alios Principes Christianos, rubiginoso Pauli gladio accinctus, Petri clauem in Tyberim coniecit, hisce verbis: Quia clauis sancti Petri non amplius valet, valeat gladius sancti Pauli, quo facto (inquit Bibliander) Iulius Tyberino flumini resignauit omne ius, quod habuerunt Papæ à Petro. Etenim qui clauis symbolum potestatis abiecit, ac respuit, se ac successores hæreditate quoque Petrina exiit, ac spoliavit.

Anno 1517. quo die 31. Cardinales **L E O X.** creauit, facta est Romæ tempestas ingens fulminis & tonitruum, quæ templum, in quo creati erant, percussit, atque Iesum puerulum è gremio Deiparæ, & clauis è manibus Petri excussit. Quod omen multi interpretabantur portendere ruinam sedis Romanæ, carminaque acerba scripserunt in eandem. Eodem anno quo hæc sunt facta, **M A R T I N V S L V T H E R V S** Theologus summus veram fidem contra hypocrisim docere incepit, Papatusque deinceps paulatim corruere non desit.

Anno Domini 1521. quo Rhodum expugnabat Solymanus, in ipsis Christi natalibus, dum **L E O** hic suum exiret conclaue ad primam in aurora Missam celebrandam subito post tergum eius tectum quoddam marmoreum pulcherri-  
mè extractum cecidit, ac multi ex eius satellitio  
indò

inde perierunt. Hoc omine significauit Deus Papatū ob atrociam & nefandam in eo flagitia breui periturum.

## DE CASV, SEV INTERITV

*Pontificum quorundam.*

### CAP. VI.

**L**IBERT nunc & Pontificum casus referre, vt discas, sanctissimos hosce viros immundissimæ suæ sanctitatis pœnas dedisse, ac iustū Dei iudicium effugere non potuisse, atq; vt eos pseuodopphetas fuisse ex ipso euentu cognoscas.

**S**YLVERIUS CAMPANVS in exilium à Theodora in Pontū insulam relegatus fuit: Vigiliam Theodora in ius vocauit, quod promissis non stare, & Constantinopolim adductum contumeliis, ac verberibus affectum, fune in eius collum iniecto per vrbis plateas illum trahifecit, & tum demum in exilium pelli.

**B**ENEDICTVS V. Papali dignitate priuatus in exilium missus est.

**C**ONSTANTINVS II. in concilio quodam ab Ecclesia eiicitur, & cum contumeliis in monasterium, tāquam in perpetuum carcerē damnatur, tam oculis quàm papatu priuatus.

In **L**EONEM III. odium populi ita excitabatur, vt in quadam processione equo deiectum habitu Pontificali nudarent, ac multis verberibus cederent, ac in vincula conicerent.

**H**ADRIANVS III. Roma fugiens in coqui sui habitu Venetias venit, vbi in monaste-

rio delitescens hortulo præficitur.

**CHRISTOPHORVS I.** Papatu deiectus, a monasticam vitam obire coactus est: non multo post per Sergium successorem suum è monasterio extractus est, atque in arctissimum carcerem deiectus, in magna miseria vitæ eursum cõpleuit. A.D. 905.

**IOANNES XI.** à Guidonis militibus cõprehenditur, custodiæ mácipatur, & cervicali supposito eius iniecto suffocatus, miserrimè interit.

**STEPHANVS VIII.** in populari tumultu tam turpiter vulneratus erat, vt cicatricum deformitate signatus, in publicum exire noluerit.

**BENEDICTVS VI.** à Cynthio Romano eius, & quidem potente, ob quasdam nequitias captus, in Hadriani molem, quam Sancti Angeli nunc vocât, noxiorum custodiam includitur, atque ab eodem in carcere laqueo miserabiliter strangulatur.

**BONIFACIUS VII.** subita morte periit: unde cadaver eius, fune ad pedes alligato, per plateas tractum, ac lanceis & contis opprobriose confossum, tandem à clericis populari sepultura demandatur.

**IOANNES XVIII.** cum suo Crescentio perijt, oculis effossis, & toto corpore lacerato.

**GREGORIUS VI.** captus, & in exilium damnatus est.

**GREGORIUS VII.** propter sua flagitia ab Henrico Imperatore deiectus est, ac in exilio miserè vitam finit.

P. M.

**PASCHALIS II.** ab Imperatore capitur, & in carcerem truditur.

**GELASIVS II.** in quem irrumpens Cincius quidam patricius vrbis potentissimus, oborto eius collo in terram deiecit, calcibus conterritus, ac in vincula protrusit.

**LVCIVS II.** cum Senatores essent in Capitolio congregati, collecto milite Capitolium inuasit, vt Senatum illum omnino perderet: fama de Pontificis conatu per vrbem spargebatur, populus cucurrit ad arma, fiebatque atrox pugna. Lucius militię immixtus, ad Capitolium lapidibus & saxis ita est quassatus, vt breui post ictus illos sit mortuus.

**HADRIANVS IV.** in huius os musca inuolauit, quæ quæ Medicorum arte eximi non poterat, præclusit illi spiritum, atque ita suffocatus obiit.

**INNOCENTIVS IV.** cum Robertum Lincolnensem, quod ipsius teterrimos mores, auaricias, factus, tyrannides, viua voce ac scriptis improbaret, ad Curiam citasset, & iniuste damnasset, & hic ad Iudicem Christum appellasset: (vt Castrensis scribit lib. 7.) audita est vox in curia Papæ, clamans: Veni miser in iudicium Dei. repertusque est sequenti die Papa in lecto exanimus, ac liuida in eo plaga, tanquam si fuste percussus fuisset.

**IOANNES XXII.** cum longam sibi vitam polliceretur, subito corruit, atque inter ligna & lapides cameræ ruina obrutus, solus inuentus est.

**NICOLAUS III.** cū maxima perficere cogitaret, apoplexia correptus, subita morte sine loquela expirauit.

**BONIFACIUS VIII.** rabiei magnitudine desperabundus, infelicem animam innumeris maleficiis onustam emisit. Hic ille Pontifex fuit, de quo dictum est vulgō, Intrauit vt vulpes, vixit vt leo, mortuus est vt canis.

**BENEDICTVS XI.** abbatissæ cuiusdam ficuum obsonio è vita sublatus est. A. D. 1305, afferunt eum, ait Leander, veneno in ficu præparato interiisse.

**CLEMENS VI.** apostemate tactus subito corruit, atque expirauit. A. D. 1352.

**IOANNES XXIV.** cū Constantiam veniret, in medio itinere ex rheda præceps decidit, quod infausto omine futurum eius casum desiggnabat: nam cū multa crimina illi in concilio obiecta essent, fugere clanculum cœpit, qui quæsitus & inuentus, comprehensus est, & in carcerem missus, vbi triennio mansit inclusus.

**EVGENIVS IV.** clam fugiens, sumto monastico cucullo, vnâ cum Arsenio quodam Monacho, cymbam piscatoriam ingressus est, quem cū quidam fugisse audissent, lapidibus eum sagittisq; inceserunt.

**PAVLVS quoq; II.** cū iucundissimè cœnasset, apoplexia correptus, vitam cum morte mutauit, nemine vidente.

**LEO X.** inter pocula supra modum lætus æridens, efflauisse dicitur spiritū subito corruens, cū



tam nec cœlum nec infernum post hanc vitam esse crederet.

CLEMENS VIII. cum Rege Gallorum contra Imperatorem conspirans, à Ducibus Carolicis Cardinalibus & vrbe capitur, ac ciuibus occisis, mirum in modum à Germanis militibus iudicatur. Tandem anno Domini 1534. inaudito veneficio, nempe funalis fumo, cum aliquot Cardinalibus & amicis familiaribus, in aere necis retia incidit.

Hi verò omnes veneno sublati sunt:

IOANNES XVI. XIX. XX.

CLEMENS II.

DAMASVS II.

LEO IX.

VICTORINVS II.

NICOLAVS II.

ALEXANDER II.

VICTORINVS III.

GREGORIUS VIII.

CHELBSTINVS IV.

VRBANVS VI.

ALEXANDER V.

CLEMENS VIII.

h

VRBIS ROMÆ, ET ALI-  
 QVOT PONTIFICVM  
 Elogia, Epigrammata acuta,  
 Dialogi festiui, &c.

CAP. VII  
 DE ROMA.

**R**oma quid insanis toties? quid sanguine gaudes?  
 Quid geris imbelli spicula tanta manus?  
 Quo vesena raris? studioq; armaris inanis  
 Iam senio lassas debilitante manus.  
 Nec potes antiquos belli nescire tumultus,  
 Nec solitam rabiens longa senectâ domat.  
 Si foris arma tacent, tu bella domestica tentas,  
 Nec feritas requiem ferre superba potest.  
 Tu similis colubro: quoties grauis ita venenatus  
 Suscitât & motâ lumina bile rubent,  
 Sic furis, vt spumis ex ore cadentibus atrox  
 Fulmineo quoties dente minatur aper.  
 Sic fremis, vt frendens cum ferrea vincula mandat  
 Cerberus, & stygias murmure turbat aquas.  
 Tu fratres in bella vocas, in pignora patres,  
 Et scelus omne audes, & paris omne nefas.  
 Eas & iura negas, homines & numina fallis:  
 Nec louis imperium nec Phlegethonta times.  
 Singula texentem conuicta, deseret ætas:  
 Tantum ac tale tuæ est improbitatis onus.  
 Romanis pater est Maiors, lupa Martia nutrix:  
 Hæc hominum mores ingeniumq; docent.

Vincero

Ventre qui sanctè capitis, discedite: Roma  
Omnia cum liceant, non licet esse bonam.

## PASQUILLVS ad ROMAM.

Roma vale, vidi, satis est vidisse: reuertar;  
Quam leno aut meretrix, scurra, Cynædus ero.

## De ROMA E luxu.

Quò venturum est superi? quò vis progressa Dionis?

Quò gala? quò luxus? quò genus omne malis?  
Ambrosiæ fuerent epulæ, mæreotica sordent  
Vina, nisi Iliacis porrigerat illa fuer:

Cætera utens horret meminisse: ea discat ab vno  
Crimine, me quisquæ legerit atq; gemat.

## De eadem.

Roma quid est? quòd te docuit præposterus ordo.

Quid docuit? Iungas versa elementa, scies;  
Roma amior est. Amor est? quòd præposterus. vnde hoc?  
Roma amores. Noli dicere plura, scio:

## De ROMA E petulantia.

Marti olim complexa Venus posebat amantem

Numas, quo nullum maius in Orbe foret.  
Ille stygem iurat, danti quòdcanq; daturum.

Et Romanis totà cum ditione dedit:

Martia Rotia prius fuerat, Cythæcia nunc est,

Cesserant Aquilæ, signaq; Passer habet.  
Roma caput scelerum, niui iactura pudoris,  
Exitium fidèi luxuriæq; parens.

Sola Venus dispensat opes, dispensat honores,

Sola facit seruà quòdquid in vrbe licet.

Extollit, magnosq; facit sapientia turpis:

Sit procul, in tenero cui sedet ore decor.

Tartara sunt molli potius adenda iuuenta,  
 Si non est alius, sit tibi barba comes.

PASQVILLVS, ad ROMAM.

Ingeme, collacryma, luge Saturnia tellus,  
 Perniciem intentant astra maligna tibi.  
 Diluuium mergèris aquæ, pelagoq; cruoris,  
 Ut defunctorum manibus, inuideas.  
 Excidium & clades & dira incendia Troie,  
 His collata tuis pauca fuere malis.  
 Me à superis missum tibi Ionam crede superba  
 Mœcha, caput scelerum ROMÆ velut Niniæ.

Etymologia ROMÆ.

Roma, manus quoniam rodit, sic dicta videtur:  
 Teste, hanc qui petiit diues, inops rediit.

IN ROMAM.

Quæq; suos fructus regio mortalibus affert,  
 Tot proprias dotes, quot loca mundus habet.  
 Felix Indus ebur, mollis dat tura Sabæus,  
 Vellera Ser, præbet nobile Belvæ merum.  
 Diues Arabs guttam & casiam, Chaldæus amomum,  
 Assyrius gemmas, ferreus arma Chalybs.  
 Sardinia argentum, pecuaria Gallus, & aurum  
 Lydus, frumentum dat Libes, Argos equos.  
 Fœcundas Epirus equas, oleum Lacedæmon,  
 Mel Attus, ficus Massiliensis ager.  
 Hesperij naues, ostrum Tyros, æra Corinthos,  
 Venales venias ROMÆ, piosq; dolos.

De Vrbe ROMÆ.

Cur liceat non in Romanam tendere Vlli,  
 Hanc ego, qui cæssem noscere, reddo, capis.

Quæq;

Quæq; sui natura tenax se prorogat ipsam,  
 Per non incertis tempora longa notis.  
 Sic videas seruare Lupæ vestigia Romam,  
 Ex patris primùm moribus hausta sibi.  
 Quis neget autorem Romæ, cum lacte ferino,  
 Sugere vim pariter non potuisse feræ?  
 Lam lupus huic vocem, si quem prior occupat, aufert,  
 Hinc omnes mutos prouida Roma facit.  
 Quid tamen hoc vnum, quum sint communia Romæ  
 Cum consanguineis singula quæq; lupis?

## In Romam.

O qualis facies, & quæ mutatio Romæ?  
 Vendidit hæc quondam corpora, nunc animas.  
 Quidquid in extremis habuit Germania terris,  
 Et mediis quæquid continet illa plagis  
 Exhaustum est, totum & Latias migravit in arces,  
 Expleat, vt luxus impia Roma tuos.  
 Dum qui militibus deberent cedere nummi,  
 Et nostro tutas reddere in orbe domos:  
 Hosmodò Romanus miles sibi tollit in vsus,  
 Vt Veneri & Baccho nocte dieq; vacet.

De Roma V. L. R. H V T T E N. ad

CROTVM RVBIANVM.

Vidimus Ausonia semieruta mœnia Romæ,  
 Hic vbi cum sacris venditur ipse Deus.  
 Ingentem, C R O T E, Pontificem, sacrumq; Senatam,  
 Et longo Proceres ordine Cardineos.  
 Tot scribas, vulgasq; hominum nihil vtile rebus,  
 Quos vaga contecto purpura vestit equo.

Tot, CROTE, qui faciunt, tot qui patiuntur & illos,  
Orgia qui viuunt, cum simulent Curios.

Rursum illos, qui nec simulant bona, nec bene viuunt,  
Qui ridet mores exsibilantq; bonos.

Quos iuuat esse malos, quibus & licet, in iuga quorum  
Consensit miseris Teutona terra modis.

Qui dant, quiq; vetant, qui quos clausere recludunt,  
Arbitrio caelos distribuuntq; suo.

Romanas, neq; enim Romanos, omnia luxa,  
Omniaq; obscenis plena libidinibus.

Atq; haec post Curios, Pompeios atq; Metellos,  
O mores, atq; o tempora, Roma tulit.

Desine velle sacra imprimis, CROTE, visere Romanam,  
Romanum inuenies hic, vbi Roma, nihil.

### De eadem,

Vendit Roma Deum, vendit sacra, vendit honores,  
Ipsaq;, quod mirum est dicere, Roma venit.  
Vsq; adeo nihil est, quod non ibi comparet aurum,  
Scilicet vt fiat aurea Roma iterum.

### De Romanis,

Dicunt sancta Patres, operantur pessima Roma:

Quidam etiam dicunt nec bene, nec faciunt.

Religio tamen & Christus iactantur ab illis,

Tollitur, & passim prostat imago crucis.

Et piscatoris gliscunt patrimonia Petri,

Vibrantur magni fulmina Pontificis.

Vestit summa pedes a vertice purpura longum

Pone sequens, dicas viuere simpliciter.

At nisi me fallat, sed nunquam adeo omnia fallant,

Ista ouium miros vestit imago lupos.

De

## De Roma cauponatrice.

Ite viri, conferte manus, & viuite rapto,

Cedite, de sacro vellite, obite nefas.

Ite, profana sacris miscete, assuescite luxu,

Omne voluptatum per genus ite viri.

Dicite, & ex ipso facite omnia pessima dicto,

Scilicet & nullos esse putate Deos.

Vidimus hæc Romæ fieri, (quid sanctius illis?)

Et tamen ad cælos non minus esse viam.

Aurum quisq; ferat Romam, virtutis abunde est:

Summa, furit Romæ, qui bona nescit emi.

Quinetiam vt facias, emis auro turpia Romæ:

Quæ cum ita sint, dico, quod prius, esse mali.

## De eadem.

Liquit Auentinas arces, Tarpeiaq; saxa,

Et debellatâ cætera in Vrbe Petrus.

Proq; Petro subit ille Simon, regnatq; per aras,

Et debellatâ regnat in Vrbe Simon.

Nescio quo captius ratis, Ecclesia quò se

Proripuit, Romæ est tale videre nihil.

Vendit sacra Simon, venditq; profana perinde,

Atque, ita me Christus, omnia vendit, amet.

Non tutum est emere ista tamen, licet emeris auro,

Redditur à phœnibi stemmate bulla grauis.

O bullas, atque à Romam, regemq; Simonem,

Sacra emere, & Romæ vendere sacra licet!

## De eadem ad Germanos.

Quis modus ô Cines? quò se hæc patientia tandem

Profert? hæc Romæ querimus, atq; emimus?

Sic nos bulla caput? sic se Germania nescit,

Vt petat hæc? sic nos ista sigilla iuuant?

## De eadem ad eisdem.

*Cæca magis cuiquam mens est, magis indiga læcis,  
 Quàm cælum Romæ qui sibi credit emi  
 Aut qui quantum auri est, quenquã putat esse beatum.  
 Quando illic auro vita beata venit.  
 Qui stygias contemnit aquas, neq; triste veretur  
 Supplicium, Romæ cælica fretus emi  
 Aut non ipse Petrus summa exardescat ab ira,  
 Esse aliquem, cælum qui locet, ipse malus  
 Proinde nefas ciues fugite, atq; inquirete rectum,  
 Hac vobis cælum merce licebit emi.*

## In Romam.

*Si quid Romæ dabit, nugas dabit, accipit aurum,  
 Verba dat. ben, Romæ nunc sola pecunia regnat,*

## Roma venalis.

*Hactenus vrbs magni nequirit reperire Quirini  
 Emtozem, precij summa ita grandis erat.  
 Nunc adeo vili proponitur, vt sonus ipse  
 Hæc, nedum numerus tantulus aris emat.*

## Simonia Romana.

*Christi olim in terris bene qui seruârat auile,  
 Simon Petrus erat: ben modò Petrus abest.  
 Piscatum rediit Petrus, Simon manet, hic dat,  
 Hicq; rapit summi cardinis omne decus.*

## In Romam.

*Hi colles, vbi nunc vides ruinas,  
 Et tantum veteris cadauer Vrbis,  
 Quondam cæca LVPI s fuere lustra,  
 Donec per freta veetus Arcas exiit,  
 Pani, pelleret vt LVPOS, Lyceo*

LVPI



LVPERCALIA festa deditavit:  
 Nudos currere iussit & LVPERCOS.  
 Sacram & collibus addidit LVPERCALIA  
 Sed vis infesta, contumaxq; flecti,  
 Pernicit genios laborem & artem,  
 Et per secula longa naperirent  
 Isti semina collibus LVPINA,  
 Tristes progeniuit solum LVPINOS.  
 Latos progeniuit LVPPOS salictum,  
 Et conitax LVPFA Faustulo tyranni  
 Albani pecoris fuit magistro:  
 Et qui mænia prima condidère,  
 Nutriuit LVPFA Romulam Remamq;  
 Et Floralia festa sunt LVPARYM.  
 Et quondam in media fuit suburra  
 Vico vrbis celeberrimo, LVPANAR.  
 Et quos Fabricios grauesputabis,  
 Obserua, inuenies LVPPOS voraces.  
 Et quas Sulpitias reare castas,  
 Obserua, inuenies LVPAS salaces.  
 Et ne posse Deos LVPIS carere  
 Credamus, sacer est LVPVS Gradino,  
 Et LVPPOS mare laneos & annis  
 Sub cryptam mediæ vomit suburra.  
 Nec patris soboles araneorum  
 Non cognomine nobilis LVPORVM est.  
 Totam demique quantacunque Roma est,  
 Nascentem, vegetam excute, & raentem,  
 Nihil comperies, nisi LVPERCOS,  
 LVPERCALIA, LVPPOS, LVPAS, LVP  
 PANAR.

In eandem.

Non ego Romalæ miror, quod Pastor in Vrbe  
Sceptra gerat, pastor conditor Urbis erat.

Camq; L V P A E gentis nutritus lacte sit auctor,

Non ego Romalæ miror in Vrbe L V P O S.

Illam meum superas tantum admiratio captum;

Quomodo securum seruet ouile L V P V S.

In eandem.

Roma armis terras, ratibusq; subegerat undas,

Atque idem fines orbis & Urbis erant.

Vincere restabat cælum, perfregit olympum

Priscorum pietas aurea Pontificum.

At bona Posteritas, aufer ne cedat auitis.

Tartara precipiti tendit ad ima gradu.

## ELOGIA ALIQVOT

## PONTIFICVM.

De more Pontifices olim creandi.

Non poterat quisquam referentes æthera clauas

Non exploratis sumere testiculis.

Cur igitur nostro mos hic iam tempore cessat?

Antè probat sese quilibet esse marem.

De Papparum creandorum ritu immuta-

to, IOAN. PANNONIVS.

Femina, P E T R A, tuâ quondam ansa sedere cathedrâ,

Orbi terrarum iura verenda dedit.

Hinc compressa quidem multos latuisset in annos,

Facta foret parva nî manifesta nouo.

Post hæc Roma diu simili sibi canit ab astu,

Pontificum arcanos querere suenta sinus.

Nec

## PONTIFICVM.

*Ne poterat quisquam referentes aethera claves,  
Non exploratis sumere testiculis.  
Cur igitur nostro magis hic iam tempore cessat?  
Ante probat quod se quibet esse marem.*

### Papa.

*Simplicitas tantum fuit male provida Papae,  
Ut nihil ad Papam dixeris esse Deum.*

### De Papa.

*Turgidus ille quis est, folio qui bullat in alto?  
Is Deus est, & erat nil, nisi bulla foret.  
Quid prestare solet? bullatas vendere bullas.  
Quid profunt bullae, bullens ut sit homo.  
Quem morbum sanat? bullantis hydrops crumenae:  
Vnus in hoc morbo praeterit Hippocratem.  
Siccine bulleus est? imò quos nutrit, alitque,  
Omnes exadant bulleae turba simul.*

## DE IOANNE XVIII.

### Epitaphium.

*Balthasar in primis vocitabar, & inde Ioannes:  
Depositus rursus, Balthasar ipse vocor.  
Dies erans nuper, quo nullus maior in vrbe:  
Est mihi diuitias abstulit hora brevis.  
Dum cathedram Petri lustro, paucisque diebus  
Possedi, plures precubuerunt mihi.  
Pestis auaritia me caecum reddidit: aurum  
Plus iusto sitiens, munere sacra dedi.  
Hei mihi, quam duxi, sponsae Christi, sine raga,  
Scandala magna nimis sordida vita dedit.  
Propter quae scelera, in celsa synodus sacra Petri  
Me velut indignum depulit è solio.*

Pontificis igitur moniti sunt temporis huius,  
 Exemplo nostro ne sacra dent precio.

## PII IL EPITAPHIVM EX

vetusto quodam codice.

Frigida membra Pij retinet lapis iste loquax,  
 Qui pacem meriens attulit Italiae.

Summus Deus, quantum mortalibus alme dedisti,  
 Fulmine cum tetigit hoc caput æqua manus!

Vendiderat precio gentes, & crimina multa  
 Virtutis specie gesserat ille Pius.

Impius hic fuerat, quamvis sub nomine pulcro,  
 Credideris falsis posse iuvare fidem.

Nunc fidi comites, scelerataq; turba clientum  
 Ingenuere Pium: nam scelus orbis erat.

IN PIVM Pontificem.

Vendidit ære polum, terras in morte relinquit,  
 Styx superest Papa, quam colat una Pie.

## DE PAVLO II.

Pontificis Pauli testes ne Roma requiras:

Filia, quam genuit, sat docet esse matrem.

Sanctum non possum, patrem te dicere possum.

Cum video natam, Paulle secunde, tuam.

IN PAVLVM II.

Quam sit filia, Paule, sit tibi aurum,

Quantum Pontifices habere raros

Vidit Roma prius pater vocari

Sanctus non potes, at potes beatus.

## DE SIXTO IV.

Non potuit senam via vlla extinguere Sixtum,

Audito tandem nomine pacis, obit.

De

## De pace post SIXTI mortem.

Die vnde Aleto pax ista refulsit, & vnde  
 Tam subito reticent praelia? Sixtus obit.

## De eodem.

Mortuus est Sixtus, gaudet nunc Roma: trabatur,  
 Vt dignum est, vnico mortuus in Tiberim.

## De eodem.

Sixtus obit, gaudent omnes: ne funere sicco  
 Transcat, amissâ plangite glande sues.

## Epitaphium eiusdem.

Sixte iaces tandem, fidei contemtor & equi:  
 Pacis vt hostis eras, pace peremptus obis.

Sixte iaces tandem, letatur Roma, tua quæ  
 Passa sub imperio est funera, bella, famem.

Sixte iaces tandem, nostri discordia secli,  
 Scuisti in superos, nunc Acheronta moues.

Sixte iaces tandem, fraudisq; doliq; minister,  
 Et solâ tantum proditione potens.

Sixte iaces tandem, tibi nil, nisi fata tulere  
 Pontificis nomen, cætera Hieronymo.

Sixte iaces tandem, pressa est quo sospite virtus,  
 Leges, sacra, pius, religio atque fides.

Sixte iaces tandem, deslent tua busta Cinedi,  
 Scortaq;, lenones, alea, vina, Venus.

Sixte iaces tandem, summorum infamia, sexq;  
 Pontificum, tandem perfide Sixte iaces.

Sixte iaces tandem, vos hunc lacerate Quirites,  
 Dentur & impastis membra scælesta feris.

Quid pia profuerint, functo solennia Sixto?  
 Tradita sunt celeri vota precesq; Notæ.

Riserat vt viuens Cælestia Namina Sixtus,

Sic moriens nullos credidit esse Deos.

Sixte iaces tandem, superis inuisus & imis:

Inclusus grauido ventre necandus eras.

Stupra, famem, strages, usuras, furta, rapinas;

Et quodcumq; nefas, te duce, Roma tulit.

Magna, licet tarda, soluenda est gratia nostri:

Omne scelus tecum, Sixte cruento, iacet.

Aliud eiusdem.

Pædico insignis, prædo, fucosus, adulter,

Exitiumq; orbis, perniciesq; Dei.

Gaude Prisce Nero, vincit te crimine Sixtus:

Hic scelus omne simul clauditur & vitium.

## DE INNOCENTIO VIII.

Innocuo priscos est æquum est debere Quirites,

Progenie exhaustam restituit patriam.

De eodem.

Quid queris testes, set mas aut feminis cibor

Respice natorum, pignora certa, gregem.

De eodem.

Osso Notens pueros genuit, totidemq; puellas,

Hunc merito poterit dicere Roma patrem.

## Epitaphium INNOCENTII IX.

Spurcities, gula, auaritia, atq; ignauia deses,

Hoc, Osæue, iacent, quo tegeris, tumulo.

## DE ALEXANDRO VI.

Epitaphium.

Fortasse nescireuius hic tumulus fiet,

Adste viator, nō piget.

Titulus

PONTIFICVM.

127

Titulum quem Alexandri vides, haud illius

Magni est: sed bruius, qui modo

Libidinosus sanguinis captus fuit,

Tot ciuitates inclytas,

Tot Regna vertit, tot Duces lethe dedit,

Natos vt impleat suos.

Orbem rapinis, ferro & igne funditus

Vastauit, hausit, eruit:

Humana iura, ne minus caelestia,

Ipsosq; sustulit Deos:

Vt scilicet liceret (heu scelus) patri

Natae finum permingere.

Nec execrandis abstinere nuptijs,

Timore sublato semel.

Et tamen in vrbe Romuli vel vndecim

Præsides hic annis Pontifex.

I nunc, Nerones vel Caligulos nomina,

Turpes vel Heliogabalos.

Hoc sat viator, reliqua non sunt pudor:

Tu suspicare & ambula.

Aliud eiusdem.

Hic iacet Hispanus, fauce contemtor honestae:

Vix breuius? lapis hic contigit omne scelus.

Aliud.

Nomen Alexandri ne te fortasse moretur,

Hospes abi: iacet hic & scelus & vitium.

Aliud.

Sentiae, insidiae, rabies, furor, ira, libido,

Sanguinis & diri spongia, dira sitis.

Sextus Alexander iacto hic. iam libera gaudet

Roma: tibi quoniam mors mea, vita fuit.

De eiusdem anno iubilæo.

Pollicitus cælum Romanus & astra Sacerdos,  
Per scelera & cædes ad stygæ pandit iter.

De eodem.

Miram si vomuit nigrum post facta cruorem  
Borgis? quem biberat, concoquere haud potuit.

De eodem.

Sub quo bella diu viguerunt, pestis in vrbe,  
Diluuium populo, semper amara fames:  
Mille hominum cædes, & furta incesta fuerant:  
Causam mali tanti proditor ipse fuit.  
Sacrilagus prædo, sacra qui venalia cuncta  
Fecerat, & cum quo polluit omne nefas

De eodem.

Visuram se iterum Sixtum cum Roma putaret,  
Pro Sixto Sextum vidit, & ingemuit.

De eodem.

Bello, inimicitii, furtis, & cædibus haustam  
Italiam cernis, Sexte, & obire potest.

De eodem.

Dic, in amissionem cocant, et fœdera iungant  
Mortales: dixit Sextus, & otubuit.

De eodem.

Piscatorem hominum ne te non, Sexte, pulentis,  
Piscari nationum retibus accetuum.

De eodem.

Europem Tyria quondam sedisse cælesti  
Quis neget? Hispana lalia velle boue est.  
Ille sed, astringenti partem vix occupat orbis:  
Hic cælum atq; deor sub ditians tenet.

Vnde



Vnde igitur, si par meritum, non par quoq; fatum?  
 Romanam amplexu plus tenuisse fuit.

## De eodem.

Vendit Alexander cœlos, altaria, Christum,  
 Emerat ille prius, vendere iure potest.

De vitio in vitium, de flamma transit in ignem.

Roma sub Hispano deperit imperio.

Sextus Tarquinius, Sextus Nero, Sextus & iste:

Semper sub Sextis perditâ Roma fuit.

## De pace post SEXTI mortem.

Dic vnde, Alecto, pax hæc effulsit, & vnde  
 Tam subito reticent prælia? Sextus obit.

## De eodem &amp; eius filia Lucretia.

Ergo te semper cupiet, Lucretia, Sextus?

O fatum diri nominis: hic pater est.

## De iisdem.

Hic iacet in tumulo Lucretia nomine, sed re  
 Thais, Alexandri filia, sponsa, nurus.

## DE IVLIO II.

Cum contra Gallas bellum Papa Iulius esset  
 Gesturus, sicut fama vetusta docet:

Ingentis Martis turmas contraxit, & Urbem  
 Egressus, sænas edidit ore minas.

Iratuq; sacras claves in flumina iecit

Tibridis, hic urbi pons ubi iungit aquas.

Inde manu stridens vagina diripit enses,

Exclamansq; truci talia voce refert.

Hic gladius Pauli nos nunc defendet ab hoste,

Quandoquidem clavis nûl iannat ista Petri.

## De eodem.

In Gallum, ut fama est, bellum gesturus acerbum,  
Armatum educit Iulius Vrbe manum.

Accinctus gladio, claves in Tiberidis amnem

Proicit, & seuis talia verba facit:

Quem Petri nihil efficiant ad praelia claves,

Auxilio Pauli forsitan opus erit.

## De eodem.

Ille sui longo successor in ordine Petri,

More nouo tantas res agit & studio.

Nam neq; pro populis orat, paciꝫ relictus,

Quod faceret Petrus, sacra fidemq; docet:

Verum bella mouet, gerit arma, & sanguine gaudet,

Nimirum Paullum prætulit ille Petro.

Paullus habet gladium, sed non ferit, occidit illo:

At malus hic multis intulit exitium.

## De eodem.

Qui chalybe & duris amicitur Iulius armis,

Terribilis barbâ terribilisq; comâ:

Cui toruos horrore oculos, frons occulit atrox,

Tartareæ ignescunt cuius in ore minæ:

Ille, inquam, gladijs atq; occidente sagittâ

Et terrâ populis & metuendus aquis:

Qui trucibus Reges terrarum dicit & armis,

Qui tetrum excito seuit in orbe malum.

Ille tot exitiorum & tanti criminis autor,

Quo se cum populis imminuere duces:

Quiq; manu, quiq; ingenio dira omnia patrat.

Natus in humanum pestis acerba genus:

Cuius opus mors est, turpissimus otia luxus,

Qui pacem cunctis abstulit, arma dedit.

Ille, inquam, talis cum vita & moribus extet,  
 Dissimilis Christo, dissimilisque Petro:  
 Quid facit, aut quid habet, quod tandem dicere possit  
 Dignum Romani nomine Pontificis?

## De eodem.

Genus cui patrem, genitricem Græcia, partem  
 Pontus & unda dedit: hic bonus esse potest?  
 Fallaces Ligures, mendax est Græcia, ponto  
 Nulla fides. In te hæc singula, Iule, tenes.

## De Indulgentiis eiusdem.

Fraude capit totum mercator Iulius orbem:  
 Vendit tam cælos; non habet ipse tamen.  
 Vende mihi quod habes, nam qui pudor, ut mihi vendam  
 Ipsum, te, Iuli, cuius egere vides?  
 Quin fera centimanos emittas terra Gigantes,  
 Iulius expulso vendat ut astra Ioue.  
 Donet enim cælos alius regit, & tonat inde,  
 Non ego tam magni muneris emitor ero.

## De eodem V. L. R. H. V. T. T. E. N. I.

Concitat iratum bellator Iulius Orbem,  
 Effera pacificos induit arma Duces.  
 Tela dat Italiae, tibi dat Germania bellum,  
 Hoc turbante, domo prodit Ibera quies.  
 Impulit audaces eadem vesania Gallos,  
 His facibus Venetas arbor adussit opes.  
 Ultima ab hoc stans dedit insula mota Britannos,  
 In commune Scotus contulit arma nefas.  
 O ubi nunc Turcæ? sed inexcusabile bellum,  
 Orbis in exitium, commouet vnus homo.  
 Omnibus arma dat vnus homo, bellum omnibus vnus,  
 Idem publica res, efficit, vs percat.

*Vi Christi perimantur oues, turbetur ouile,  
 Pascat & admissos caula ad aperta lupos.  
 Hæc rabies placido dimouit vincula lano,  
 Hæc furia impleuit omnia cæde noua.  
 Atq; buis, qualis erat, (neq; enim bonus) illud ouile,  
 Credidimus, miserum credidimusq; pecus.  
 Toti quinetiam regem præfecimus Orbi,  
 Nomine Pastoris, nomine Pontificis.  
 Diya venenato soboles latro prodite partu,  
 Hic Christum, hac sequeris conditione Petram.*

## De eodem.

*Hæc barbam Paulli, gladium Paulli, omnia Paulli,  
 Clauiger ille nihil ad mea vota Petrus.  
 Hoc simul edixit, pro Christo accersere mortem  
 Vltro credidimus, duraq; velle pati.  
 Tam verò occinuit funesto classica cornu,  
 Continud præceps mundus in arma ruit.  
 Hoc Paulli tibi barba, Pater, tibi suaserit ensis?  
 Hoc istæc licuit arma tenere modo?  
 Quem gladio decet occidere, baud occidere Paulli,  
 Aut satis armatum clauibus esse Petri.*

## De eodem.

*Iulius assumtis Petram clauibus ante  
 Cæperat ire gregem.  
 Continuo lupo acer oues inuasit, & atrox  
 Miscuit exitium.  
 Ille datis Petri diffusus clauibus, actas  
 Liquit inermis oues.  
 Nec mora, Paulle, tuum, quo se tueatur ad enses,  
 Non propria arma ruit.*

Ecco

*Ecce autem insueto contra sua castra paratu,*

*Domum videt ire lupas.*

*Indoctum gladi, quæ non bene ceperat, egit*

*Deserere arma Ducem.*

*Contemptus recipit Petrus sua munera claves,*

*Qui ferat alter erit.*

*Nescius at Paulus, ne quis sua conferat arma,*

*Priuat & ense virum.*

*Quas nunc ducet oves, quæ nunc in pascua, mancas*

*Clauibus & gladio?*

*De eodem.*

*Iulius est Romæ, quis abest? date namina Brutum:*

*Nam quoties Romæ est Iulius, illa perit.*

*Ad I V L I V M V L R. H V T T.*

*Dic mihi, sancte Pater, cælestis lanitor aula,*

*Cui geritur summæ religionis apex.*

*Qui Reges regis, atq; locas relocastq; tyrannos,*

*Qui nutu soluis cuncta, ligastq; tuo.*

*Qui sanctas facis, & cui contigit esse beato,*

*Ante obitum, qui nos ante obitumq; beas.*

*Quid tibi bombardis opus est, quid equisq; virisq;*

*Quæq; armata præit, quæ sequiturq; manus:*

*Hæstarumq; ista segete, atq; horrentibus armis?*

*Quid cinctura opus est hæc, gladiisq; tibi?*

*Omnia quid trahis hæc? aut cur sanctissime tanto*

*Belli opere expugnas oppida, castra, domus?*

*Nomme mana poteras tremulo simul ore, leuata,*

*Hos dare Dîs subito manibus, hosq; Deo?*

*Certè omnes Petri smiles, aliterue probatis*

*Moribus hæc possunt omnia Pontifices.*

Quid dicam? an quoniam malus es, diffusus & armatus  
Pontificum, & princeps Martis in arma ruis?  
Quin te erratum mundum, qui cum ista facebis,  
Non videt à Petri te procul esse via.

In eundem.

Obtuleraſt, Iuli, tibi quæ ſors Iulia clauis,  
Clauis, errauit, credo data fuit.

In IVLIVM.

Stare diu haud poterant, mundusq; & Iulius una,  
Omnia perdendi tam ferus ardor erat.  
Ergo ne ante diem mundi ſtructura periret,  
Ad ſtyga diſceſſit Iulius ante diem.

Epitaphium eiufdem.

Iulius hic ſarit, effugias, ſi vinere cordi eſt,  
Ne moueat ſtanti bella cruenta propè.

Aliud eiufdem.

Hunc ego Mauſoleum moderor viſ Iulia cippum,  
Erras, ſum Cæſar, ſi minor ille tibi.

DIALOGVS DE IVLIO II.  
ELEGANS AC FE-  
STIVVS.

Interlocutores.

I. I. Pont. Max. GENIVS  
& PETRVS.

IVLIVS.

QVID hoc mali eſt? Num aperjuntur fores?  
Opinor aut mutatam, aut certè turbatam  
ſeram. GEN. Quin potius vide, ne tu non attu-  
leris

leris clauem, quam oportet: neque enim eadem  
 aperitur hoc hostium qua arca nummaria: atque  
 adeò cur non vtramque huc attulisti? nam ista  
 quidem potentiae clavis est, non scientiae. I V L.  
 Imò præter hanc nulla mihi vnquam fuit: neque  
 video quid opus sit illa, quum hæc adsit. G E N.  
 Nec ego sanè, nisi quòd interim excludimur.  
 I V L. Efferuescit mihi bilis, pulsabo fores. Heus,  
 heus aperite hoc actutū aliquis hostium. Quid  
 hoc rei est? nemon prodit? Quid ita cessat hic  
 Ianitor? stertit opinor ad probè potus. G E N. Vt  
 hic ex se metitur omnes. P E T. Bene quòd por-  
 tam habemus adamantinam, alioqui quisquis  
 est, perfregisset. Gigantem aliquem, aut satra-  
 pam, vrbium euerforem adesse oportet. Sed, ò  
 Deum immortalem, quam hîc cloacam olfacio.  
 Non statim aperiam hostium, sed hîc è fenestel-  
 la cancellata prospectans, quid portenti sit co-  
 gnoscam. Quid es? aut quid tibi vis? I V L. Quin  
 tu fores aperis quantum potes: qui si tuo fungi  
 voluisses officio, obuiam oportuit venisse vel  
 vniuersa cœlitum pompa. P E T. Satis imperio-  
 se. Tu mihi priùs exponito quisnam sis. I V L.  
 Quasi verò ipse non videas. P E T. Videas? Ego  
 verò nouum, & hæctenus non visum spectacu-  
 lum video, ne dicam monstrum. I V L. At nî pla-  
 nè cæcus es, agnoscis opinor clauem hanc: si  
 quercum auream ignoras, & vides triplicè co-  
 ronam, necnon vndique gemmis & auro lucens  
 tem pallam. P E T. Equidem argenteam clauem,  
 vtcunque agnosco, licet & solam, & multò dissi-

milem iis, quas olim mihi verus ille Pastor Ecclesie tradidit Christus. Porro coronam istam tam superbam, qui quæso possim agnoscere? quam nec barbarus vnquã tyrannus ausus, est gestare? nedũ is qui huc admitti postulet. Nam palla ista nihil me mouet: qui gemmas & aurum perinde vt rudera calcarim, atq; cõtempserim. Sed quid est hoc? video passim & in clauis, & in corona, & in palla notas sceleratissimi cauponis, & impostoris, mei quidem prænominis, sed non instituti, Simonis, quem ego quondam Christi præsidio deieci. I V L. Mitte nugas istas, si sapis: nam ego, si nescis, sum Iulius ille Ligur: & agnoscis, ni fallor, duas literas, P. M. nisi omnino literas non didicisti. P E T. Significant opinor, Pestem Maximam. G E N. Ha ha ha, vt hic diuinator rem acutetigit. I V L. Imò Pontificè Maximum. P E T. Vt ter maximus sis, ac magis etiam quàm Mercurius ille Trismegistus, huc non recipieris, nisi fueris optimus, hoc est, sanctus. I V L. Atq; adeo si quid ad rem pertinet appellari sanctum; nimirũ impudens es, qui mihi cuncteris aperire fores: cum tu tot iam seculis tantummodo sanctus dicaris, me nullus vnquam vocarit, nisi sanctissimum. Extant sex millia bullarum. G E N. Verè bullarũ. I V L. In quibus non semel sanctissimus dominus nominor, imò iam sanctitatis nomine denotabor, non sancti: vt quicquid mihi libuisset. G E N. Vel temulento. I V L. Id sanctitatem sanctissimi domini Iulij dicerent fecisse. P E T. Quin tu igitur ab istis adulatoribus cœlum postulato,



salato, qui te sanctissimum fecerunt: & iidem tribuant felicitatem, qui dederunt sanctitatem. Quanquam vsque adeo nihil interesse censes, dicaris sanctus, an sis? I V L. Irritor; si modo viuerelicuisset, ego tibi istam nec sanctitatem inuisderem, nec felicitatem. P B T. O vocem sanctissimæ mentis indicem: quâquam & alioquin ego te iam dudum oculis totum collustrans, multam impietatis, nullam in te sanctimonie notam animaduerto. Quid enim sibi vult nouus iste comitatus, tam non pontificius? nam viginti ferme millia tecum adducis: nec vllum in tanta conspicio turba, cui vel vultus sit Christianus. Video teterrimam hominum colluuiem, nihil præter fornices, temetum, ac puluerem bombardicum olentium. Latrones cõductitij mihi videtur vel laræ potius tartaræ, huc ab inferis eruisse, vt celo bella moueant. Iam te ipsum quo magis ac magis contemplor, hoc minus vllum video apostolici viri vestigium. principio, quid hoc monstri est, quod cum supernè sacerdotis ornatum geras, idem intus armis cruentatis totus horres, crepasque? Ad hæc, quàm truces oculi, quàm contumax os, quàm minax frons, quàm elatum & arrogans supercilium. Nam pudet dicere, ac piget interim videre, nullam corporis partem non conspurcatam notis prodigiosæ & abominandæ libidinis. Vt ne dicam, quod etiam num totus & rufas & oles crapulam ac temetum, ac mihi quidem modò vomuisse videris. Denique is est totius corporis habitus, vt non tã ætate morbisue,

quàm et apula victus, marcidus, ac fractus videris.  
**GEN.** Vt graphicè hunc suis depinxit coloribus. **PET.** Tametsi video te iam dudum mihi supercilio minàtem, tamen haud queo reticere, quod sentio. Suspicor pestilentissimū illum Iulium ethnicum ab inferis rediisse personatam, ut me rideat: adeò tibi cum illo cōveniunt omnia.  
**IUL.** Madisi. **PET.** Quid dixit? **GEN.** Iratus est. Ad hanc vocem nemo Cardinalium non fugitabat: alioqui fultem illū sanctissimi sensurus, profertim à conuiuio. **PET.** Tu mihi videre probe callere sensum hominis. Proinde dic mihi, quis es. **GEN.** Ego sum magnus ille Iulij genius. **PET.** Imò malus opinor. **GEN.** Qualiscunque sum, Iulianus sum. **IUL.** Qui tu nugas istas missas facis, ac fores aperis? nisi manus effringi. quid multis opus est? vides cuiusmodi ducā comites? **PET.** Sane video latrones exercitatissimos: verum ne sis insciens, hæc fores tibi sunt aliis armis expugnandæ. **IUL.** Verborum inquam iam satis: ni properè pares, excōmunicationis fulmen vel in te torquebo, quo summos aliquando reges, atque adeo regna terrui. Bullam vides iam in hæc paratam? **PET.** Quod malum fulmen, quod tonitru, quas bullas, quas ampullas mihi narras obsecro? nam istorū nihil unquā audiuius à Christo. **IUL.** At senties nisi pares. **PET.** Si quos olim istis fumis territasti, nihil ad hunc locum, hinc veris agas oportet: benefactis, non maledictis hæc arx expugnatur. Sed quæso te tu mihi fulmen excōmunicationis minitaris? dic quo iure?  
**IUL.**

**IvL.** Optimo, quando iam privatus es, nec aliud  
 quàm quilibet plebeius sacerdos, imò ne sacer-  
 dos quidem, vt consecrandi impotens. **P B T.**  
 Nempe quia mortuus opinor. **IvL.** Vide licet,  
**P B T.** At ista quidem ratione nihil mihi præ-  
 stas plus quàm mortuus. **IvL.** Imò quàm diu  
 Cardinales de nouo Pontifice subrogando liti-  
 gant, mea est administratio. **GEN.** Vt adhuc vis-  
 tæ somnia somniat. **IvL.** Sed iam aperi in quã.  
**P B T.** Ni merita narras, inquam, nihil agis. **IvL.**  
 Quæ merita? **P B T.** Dicam. Excelluisti doctrina  
 sacra? **IvL.** Minimè: nec hoc vacabat tot occu-  
 pato bellis: verùm abunde satis est fratrum, si  
 quid hoc ad rem pertinet. **P B T.** Ergo vitæ san-  
 ctimonia multos Christo lucrifecisti? **GEN.** Tar-  
 taro quàm plurimos. **P B T.** Claruisti miraculis?  
**IvL.** Obsoleta loqueris. **P B T.** Purè orasti &  
 assidue? **IvL.** Quas nugas hic gannit. **P B T.**  
 Ieiuniis vigiliisque macerasti corpus? **GEN.**  
 Desine quæso frustra hæc apud hunc, ne ludas  
 operam. **P B T.** Ego alias egregij Pontificis do-  
 tes non novi: si is habet magis apostolicas, nar-  
 ret ipse. **IvL.** Quanquam indigna res est, Iulium  
 illum omnibus antehac inuictum, nunc Petro  
 cedere, vt ne quid aliud dicam, piscatori, ac pe-  
 nè mendico: tamen vt cognoscas cuiusmodi  
 contempnas Principem, audi iam paucis. Prin-  
 cipio Ligur sum, non vt tu Iudæus, cum quo  
 mihi vel hoc esse commune doleo, quod nas-  
 piculator aliquando fuerim. **GEN.** Nihil est  
 quod grauiter feras, nam hic quoq; permultum

interest, quòd hic victus parandi gratia piscabatur, tu ad stipem exiguam, scalmum remis subiegebas. I V L. Deinde Sixti Pontificis verè maximi. G B N. De vitiis sentit. I V L. E forore nepos. Huius singulari favore, meaq; industria, primùm ad ecclesiasticas opes, deinde per gradus ad Cardinalitij galeri fastigium sum euectus: post multis fortunæ procellis exercitus, ac durissimis casibus sursum iactatus ac deorsum, ac præter alios morbos, comitali quoq; obnoxius. Denique scabie quoque (quam Gallicam vocant) totus opertus. Ad hæc exul, inquisus, damnatus, omnibus abiectus, ac penè deploratus. Tamè ipse de summo Pontificio spem nunquam abieci: ea erat animi fortitudo, quum tu mulierculæ voce territus, statim cesseris. Tibi mulier animum ademerat: mihi mulier quædam fatidica, siue sortiloga, fiduciam hanc addiderat: quæ quondam totmerso malis, clam insusurravit in aurem: Perdura Iuliane, nihil te pigeat vel facere, vel pati: olim triplici corona decoraberis: eris Rex Regum, & Dominus Dominantium. Neque verò me fefellit, vel mea spes, vel illius vaticiniû. Huc quoq; præter omnium spem sum eluctatus, partim ope Gallorum, qui reiectum fouerunt, partim inæstimabili vi pecuniarum, non absq; multo conflata scœnore: nec id absq; ingenio tamen. P B T. Quod ingenium narras? I V L. Hoc est, non absq; promissis ex pacto sacerdotiis, atq; in hoc repertis arte fideiussoribus; quandoquidem tam ingentem pecuniam vix Crassus ipse præsentem

totam

totam numerasset. Verùm hæc frustra tibi narro, quæ nec omnes intelligunt mensarij. Habes quomodo peruenerim : iam in pōtificatu ita me gessi, vt nemo sit, non dicam p̄isecorum illorum Pontificum, qui solo titulo mihi videntur fuisse pontifices, sed nec recentiorum, cui tantum ecclesia, tantum Christus ipse debeat, quantū mihi. **GEN.** Vt Thrasonem agit belua. **PAT.** Expecto quorsum euadas. **IVL.** Nam multis officiis (sic enim vocāt) nouis repertis non mediocriter auxili scum Pontificium : Tum rationem inueni, vt citra Simonizæ vicium episcopatus emerentur. Nimirum constitutum est à maioribus meis, vt cui contigerit episcopatus, is deponat officium : id ita sum interpretatus, deponere iuberis : at non deponitur quod nō habes. emendum igitur quod deponas. Hac arte singuli episcopatus sena statim, aut septena ducatorū milia adferbant : præter illa quæ ex more pro bulis extorquentur. Tum ex noua moneta (qua totam expleui Italiam) non exiguum emolumentum conflati : nec vlla cessanti parte in accumulandis pecunijs. Nimirum intelligens absq; his nihil rectè geri, neque sacrum, neque profanum. Et vt ad maiora veniam, Bononiam à Bentiuolis occupatam Romanæ sedi restitui. Venetos ante inuictos omnibus, Marte contudi. Ferrariæ ducem diu male vexatum bello, propemodum in nassam illexeram. Conciliabulum schismaticum simulato contra concilio feliciter elusi, & clauam (quod dici solet) clauo depuli. Postres

mo Gallos tunc orbi formidabiles vniuerso, ex vniuersa Italia deturbaui: deturbaturus & Hispanos (nā huc ibam) nisi me fata terris eripuissent. Atque hęc quoq; quā inuictam præstiterim animam, vide: Gallis superioribus latebras circumspēctare cœpi, canam alebam barbam rebus propemodum in desperationem adductis: cum repente nuncius affertur auteus, apud Rauennam aliquot Gallorum milia trucidata, ibi reuixit Iulius. Ad hęc triduum fermē pro mortuo habebat, etiā mihi: atque hic quoque rursus præter omnium, atque adeo meam etiā spem reuixi. Tantū igitur mea valet vel autoritas vel astutia, vt hodie nemo sit regum Christianorum, quem nō ad arma concitauerim, ruptis, discissis, discussis fœderibus omnibus, quibus inter se fuerunt arctissimē conciliati. Proximo quoque fœdere (quod Cameraci inter me, & Gallorum, & Romanorum regem, aliosq; coierat principes) ita abolito, vt eius ne mentio quidem vnquam sit facta. Super hęc omnia, quum tantum aluerim exercitum, tot splendidissimos triumphos adornarim, tot exhibuerim ludos, tot locis ædificauerim: tamen moriens reliqui quinquagies centena milia ducatorum: maiora gesturus, si Iudæus ille medicus, qui diu mihi vitam arte sua prorogarat, amplius proficere potuisset. Atque vtinam nunc quoq; magus aliquis me in vitā restituat, quo egregijs cœptis meis colophonem liceat imponere: tamen si mortuus id sedulo curauim, ne bella per me toto orbe

concitata componeretur: dediſſe operam, vt pecuniæ in eum duntaxat vſum eſſent incolumes: hæc erat ſuprema vox animam exhalãtis. Nunc, & ſic de Chriſto, ſic de eccleſia merito Pontifici, grauare Chriſti fores aperire? Atque hæc magis admirabitur, qui perpenderit me hæc ſola animi virtute perpetrãſſe, nullis aliis adiutum adminiſtrulis, quibus alij ferè ſolent. Non natalibus, quum ne ipſe patrem norim: quod quidem ad gloriam meam dixerim: non forma, quum laruaſem faciem omnes exhorruerint: nõ literis, quas nunquam attigi: non corporis viribus, quod mihi tale contigit, quale ſuperius deſcripſi: non ætatis fauore, ſenex hæc geſſi: non popularitate, nam nemo non oderat: non clementia, qui ad eũ fuerim inexorabilis, vt in eos quoque ſæuierim, quibus alij ſolent omnia permittere. P E T. Quid hoc rei eſt? G E N. Hoc tametsi durum videtur, molle quiddam eſt. I V L. Sed reluãtante fortuna, ætate, corpore, breuiter, diis atque hominibus, ſolo tamen animo meo fretus & pecuniis, hæc tanta paucis annis geſſi: tanta relicta materia poſteris, vt ſit quod agant vel in decimum annum. Hæc de me ipſo veriſſimè quidem, ſed tamen modeſtiſſimè dixi: quæ ſi quis eorum, qui Romæ ſolebant apud me dicere, ſuis phaleris exornãſſet, Deum audires, non hominem. P E T. Inuictiſſime bellator, quoniam mihi nota & inaudita ſunt omnia quæ narras, quæ ſoventiam hanc, meo des vel ſtopori vel imperitiæ, ne moleſtum ſit craſſius de ſingulis percun-

stanti respondere. Qui sunt isti candidi, comatuli que? I V L. Hos quidem animi causa alebam. P E T. Quinigri isti & cicatricosi? I V L. Milites sunt ac duces, qui mea & ecclesiæ causa fortiter in bello mortem oppetierunt, partim in expugnanda Bononia, complures in prælio aduersus Venetos, plerique apud Rauennam: quibus omnib. vel ex pacto debetur cœlum: si quidem iam pridem magnis bullis sum pollicitus, recta in cœlum euolaturos, quicumque Iulij auspitiis pugnant, etiam quæcunq; vita præcessisset. P E T. Proinde quantum coniectura consequor, ex istis erant qui mihi sæpius ante tuum aduentum molesti fuerunt (dum huc tatum non vi contarentur irrumperè) plumbeas quasdam bullas ostentantes. I V L. Ergo non admisisti, quantum audio. P E T. Ego ne: ne vnum quidem istius sanè generis. Nam ita me docuit Christus, has fores aperiendas non his, qui plumbo graues huc adducunt bullas, sed qui nudos vestierunt, esurientes pauperunt, sitientibus potum dederunt, captiuos inuiferunt, peregrinos collegerunt. Etenim si eos quoq; voluit excludi, qui in nomine suo prophetarint, qui dæmonia eiecerint, qui signa fecerint: tu censes admittèdos, qui tantummodò, bullam huc afferunt, Iulij nomine? I V L. Quid si scissem? P E T. Intellego, si quis ab inferis reuersus, ea tibi renunciaasset, bellum indixisses mihi. I V L. Quin & excommunicassem: P E T. Sed perge, cur armatus ipse? I V L. Quasi nescias summo Pontifici vtrunq; esse gladium,



diam, aut nisi velis bellare nudum. PET. Ego sane cum istum tenerem locum, nullum noui gladium: nisi gladium spiritus, quod verbum det. IV L. At non idem prædicat Malchus, cuius auriculam absq; gladio amputasti credo. PET. Memini, & agnosco: sed tunc pro magistro Christo pugnabam, nõ pro me: pro vita Domini, nõ pro nummis, aut dititione seculari: & pugnabam nondum Põtifex, promissis duntaxat clauibus, non acceptis, nondum accepto Spiritu sancto, & tamen iussus sum recondere, vt palam admoneret, hoc pugnae genus nõ conuenire Sacerdotibus, imò ne Christianis quidem, verum hæc aliàs. Cur tam accuratè te Ligurè esse prædicas? quasi quicquã hoc ad Christi vicarium pertineat, quagente sit oriundus. IV L. Imò summam existimo pietatem, gentem meam nobilitare: proinde titulum hunc numismatis, statuis, fornicibus, ac parietibus omnibus inscribo. PET. Ergo patriã nouit, qui patrem non nouit? At ego initio putabam te de cœlesti Hierusalem credentium patria loqui: deque illius vnico principe, cuius optant illi sanctificari: hoc est, illustrari numine. Sed cur addis, Sixti ex sorore nepotem: quem quidem hominè demiror nunquam huc accessisse: præsertim cum & summus fuerit Pontifex, & tibi tanto duci cognatus. Quare dic, obsecro, quid hominis fuit? Sacerdõsne? IV L. Imò miles egregius, tum eximie religionis: nepe Franciscanæ. PET. Equidem Franciscum vidi quondam virum inter laicos optimum, opum volu-

k

ptatis, ambitionis summum contemptorem. **A**m pauperculus ille tales nunc habet satrapas? **I**V L. Quantum video, nolis quenquam ad meliora proficere: pauper erat & benedictus, cum huius posterum nunc adeo diuites sint, ut nos etiam illis inuideamus. **P**E T. Pulchre, sed ad rem redito, de Sixti nepote. **I**V L. Consulto id facio, nimirum ut obdurem os iis, qui me ex illo prognatum affirmant, nimium liberè. **P**E T. Liberè, sed quid num verè? **I**V L. Atqui non est istud è pontificia dignitate, cuius ubiq; habenda est ratio. **P**E T. At ipsa sui rationem ita demum rectissimè mihi videtur habitura, si nihil admittat quod iure possit opprobriari. Sed obtestor per Pontificiam maiestatem, dic mihi bona fide, est ne ista iam via vulgaris, ac solennis ad summum Pontificium perueniendi, quam modo depingebas? **I**V L. Aliquot iam seculis haud fuit alia: nisi fortè quod mihi successurus est, alia creabitur via. Nam ipse summum assecutus Pontificium, statim ædita formidabili bulla caui, ne quis simili ratione ad eum honorem penetraret. eam bullam & Paulo ante mortem renouavi: quantum sit valitura, viderint alij. **P**E T. Opinor neminem rectius id malum describere potuisse, sed illud miror, quèquam inueniri, qui munus hoc velit suscipere: præsertim quum tot occupationibus sit (ut audio) obnoxium, & tanto negotio ad id sit elusandum. Nam me Pontifice vix quisquam vis poterat adigi, ut Presbyteri aut Diaconi susciperet honorem. **I**V L. Neque mirum adeo: nam illis

listemporibus status Episcoporum & Patrum  
 nihil aliud erat quàm labores, vigilæ, ieiunia,  
 doctrina, sæpenumero mors: nunc regnum est  
 ac tyrannis: & quis pro regno si spes sit, non di-  
 micet? P E T. Sed age, quid Bononia, num à fis-  
 de descuerat, vt fuerit sedi Romanæ restituen-  
 da? I V L. Bona verba, non hoc agebatur. P E T.  
 Fortasse Bentiuolo malè administrante marce-  
 bat Resp. I V L. Imò maximè florebat ea ciuitas,  
 multis ædificiis aucta & illustrata, & eam ob rem  
 impensius inhiabam. P E T. Intelligo: præter ius  
 igitur inuaserat? I V L. Ne hoc quidem, ex pa-  
 cto possidebat. P E T. Ciues ergo non ferebant  
 eum Principem? I V L. Imò mordicùs illum te-  
 nebant: me auersabantur fermè vniuersi. P E T.  
 Quid igitur causæ? I V L. Nempe quòd ille sic  
 administrabat, vt ex immensa pecunia, quam è  
 ciuibus collegerat, vix paucula millia ad nostrū  
 redirent fiscum. Præterea sic expediebat ad id,  
 quod tum agitabam animo. Itaque Gallis ope-  
 ram nauantibus, & nonnullis meo fulmine ter-  
 ritis, profligato Bentiuolo, Cardinales & Epi-  
 scopos vrbi præfeci: vt nulla pars emolumentor-  
 um non rediret ad vsus ecclesiæ Romanæ. Ad  
 hæc, titulus & imperij dignitas ante penes illum  
 esse videbantur: nunc vndique nostræ visuntur  
 statuæ, nostri leguntur tituli, nostra adorantur  
 trophæa: iam passim & Iulius saxeus stat & æ-  
 neus. Deniq; si spectasses, quàm regali triumpho  
 Bononiam sum ingressus, fortasse contemneres  
 omnes Octavioꝝ ac Scipionum triumphos:

& intelligeres me non absque causa tam strenuè pro Bononia dimicasse: vereq; spectasses eodem tempore, & militantem & triumphantem ecclesiam. **PET.** Ergo te regnante, quantum intelligo, contigit illud, quod nos orare iusserat Christus, Adueniat regnum tuum. Iam verò Veneti quid admiserant? **IUL.** Primùm græcissabant, ac me propemodum pro delectamēto habebant, nihil non conuitorū in me iacientes. **PET.** Verorum an falsorum? **IUL.** Quid refert? sacrilegium est de Romano Pontifice, vel mutire, nisi in laudē. Deniq; sacerdotia suo conferebant arbitrato: nullas lites huc transferri patiebantur: nullas commercabatur dispensationes. Quid multis opus est? intolerabili iactura Romanam sedem affligebāt, quippe qui non exiguam insuper patrimonij tui partem occuparāt. **PET.** Mei patrimonij? Quod, obsecro, mihi narras patrimonium? qui relictis omnibus, nudum Christum nudus sum secutus. **IUL.** Aliquot, inquam, oppida sedi Romanæ debita: sic enim peculiarē illam possessionum suarum partem sanctissimis Patribus placuit appellare. **PET.** Mea quidē infamia probè vestris lucris consulitis. Hanc igitur appellas iacturam intolerabilem? **IUL.** Quid ni? **PET.** Verūm erant corrupti mores, refrixerat pietas? **IUL.** Apage, de nugis agis, imò detrahebantur nobis infinita ducatorum millia, quod vel legioni militum alendæ sufficiebant. **PET.** Magna sanè iactura foeneratori. At Ferrariensis ille, quid tandem designarat? **IUL.** Quid ille? homo omnium hominum ingras

Ingratissimus? Huic honorem eum habuerat ille Christi vicarius Alexander, vt alteram filiam illi daret vxorē: addidit dotis nomine luculentissimam ditionem, homini alioqui ignauo: tamen immemortantæ humanitatis, semper oblatrat mihi simoniacum, pæderasten, ac emortæ mentis hominem: dictitans & insuper vestigalia nonnulla, vendicabat non illa quidem maxima, tamen haudquaquam aspernenda diligenti Pastori. GEN. Imò negotiatori. I V L. Ad hæc, quod verius ad rem pertinet, expediebat hoc ad id quod parabam, hoc imperij, nostræ ditioni copulari, propter situs opportunitatem. Proinde conatus sum, hoc deturbato, ditionem eam meo cognato conferre, viro strenuo & quiduis pro dignitate ecclesiæ ausuro: vt qui nuper suapte manu Cardinalem Papiensem in meam gratiam confoderit. Nam filix maritus sua forte contentus est. PET. Quid audio? vxores ac liberos habent summi Pontifices? I V L. Suas quidem vxores non habent: liberos autem eos habere, quid monstri est, cum sint viri, non Eunuchi? PET. Sed quæ tamen res excitarat schismaticum illud conciliabulum? I V L. Perlongū fuerit rem à prima repetere origine: dicam summam. Iam quosdam tædere cœperat Romanæ curiæ: Aiebant, turpi quæstu, prodigiosis ac nefandis libidinibus, veneficiis, sacrilegiis, cædibus, simoniacis nūdinis inquinata esse omnia: Me ipsum aiebant simoniacū, temulentum, spurcum, mundano turgidum spiritu:

ac modis omnibus eum, qui locum illum indignus, cum summa Reipublicæ Christianæ pernicio, occuparem: Itaque generali Concilio succurrendum esse rebus tam afflictis. Addebant adiuratum me ut posthac acceptum honorem, intra biennium generale Concilium indicerem, hac lege creatum Pontificem. **P B T.** Atque id verè dictum? **I V L.** Imò & factum. At ipse me ab eo iureiurando, quum visum est absolui. Quis autem dubitet, vel quiduis deierare, cum de regno agitur? In aliis colenda pietas, ut eleganter ille dixit Iulius, alter ego. Sed audaciam hominum specta: vide quorsum euadant. Desciscunt Cardinales nouem, denunciant mihi Concilium, inuitant, orant ut præsideam. Quum non impetrat, indicunt vniuersis. auctore Maximiliano tanquam Imperatore (quod historiarum testatur olim ab Imperatoribus Romanis Concilium indici solere) auctore item Gallorum rege Lodouico eius nominis duodecimo. Horresco referens, ac tunicam illam Christi inconsutilem conantur discindere, quam ij quoque reliquerunt integram, qui Christum crucifixerunt. **P B T.** Sed eras huiusmodi qualem illi prædicabant? **I V L.** Quid ad rem? Sumus eram Pontifex, finge me vel Cercopibus sceleratiorem, vel Morycho stultiorem, vel indoctiorem stipite, spurciorem lerna: quisquis hanc tenet potentiam clauem, eum decet, ut Christi vicarium reuereri, ut sanctissimum suspicere. **P B T.** Etiam aperte malum? **I V L.** Vel apertissime. Quare non ferendum, ut eum qui Dei vicem agit in terris, omnino Deum

Deum

Deum quendam inter homines præstat, à quo  
 piam homuncione reprehendatur, aut conuitiis  
 violetur. P E T. Atqui reclamatur sensus cõmunis,  
 vt bene sentiamus de eo quẽ palam scelerosum  
 cernimus: aut bene loquamur de eo, de quo ma-  
 le sentimus. I V L. Cogitet quisq; quod volet, mo-  
 dõ bene loquatur, aut certè sileat. Porrò repre-  
 hendi non potest Rom. Pont. nec à Concilio ge-  
 nerali. P E T. Vnũ hoc scio, qui Christi vicẽ susti-  
 net in terris, debere, quàm potest, illi simillimũ  
 esse, atq; ita vitam omnẽ peragere, ne quid in eo  
 possit reprehendi, nèue quisquam meritò de illo  
 malè loqui queat. Malè verò cum Pontificibus  
 agitur, si vt bene de se loquantur homines, minis  
 extorquent potius, quàm benefactis impetrant:  
 quos nisi mentiẽdo laudare non possis, quorum  
 summa gloria sit, hominum malè sentientiam  
 eoactum silentium. Verũ illud mihi responde.  
 Nulla ratione potest amoueri scelerosus ac pes-  
 tilẽs Pontifex? I V L. Ridiculũ, à quo amouere-  
 tur qui summus est? P E T. Atqui ob id ipsum ma-  
 xime debebat amoueri, quia summus. Nam quò  
 maior, hoc perniciosior. Si humanæ leges Imper-  
 ratorem malè Remp. administrantẽ, non solum  
 abdicant, verũ etiam capitis afficiunt suppli-  
 cio, quæ nam est tam infelix Ecclesiæ conditio,  
 vt Rom. Pontificem omnia subuertentem ferre  
 cogatur, nec villo pacto possit publicam pestem  
 depellere? I V L. At si corrigendus est Rom. Pont.  
 per Concilium corrigatur oportet. Porrò Con-  
 cilium cogi non potest inuito Pontifice: alioqui

conciliabulum sit, non concilium. Quòd si max-  
 ximè cogatur, nec statui quicquam potest, refras-  
 gante Pontifice. Deniq; restat extremum præsi-  
 dium, absoluta potestas, qua longe iam superior  
 est vnus Pontifex vniuerso Concilio. Cæterùm  
 submoueri sacerdotio non potest ob quoduis  
 crimen. P E T. Non ob homicidium? I V L. Nec ob  
 parricidium. P E T. Non ob fornicationem? I V L.  
 Bona verba, imò ne ob incestum quidem. P E T.  
 Non ob simoniacam impietatem? I V L. Non vel  
 ob sexcentas. P E T. Non ob veneficium? I V L.  
 Ne ob sacrilegium quidem. P E T. Non ob bla-  
 sphemiam? I V L. Non inquam. P E T. Non ob  
 hæc omnia simul in vnam ceu lernam conflata?  
 I V L. Adde si libet sexcenta flagitiorum nomi-  
 na, his quoq; scdiora, non potest tamen Roma-  
 nus Pont. ob ista submoueri loco. P E T. Nouam  
 verò mihi Rom. Pótificis dignitatem prædicas,  
 siquidem huic soli licet impunè pessimum esse:  
 Tum magis nouam infelicitatem ecclesiæ, si tale  
 portentum nulla via queat excutere, talemque  
 cogatur adorare Pótificem, cuiusmodi nemo to-  
 leraret stabularium. I V L. Ob vnum quiddam  
 duntaxat amoueri posse dicunt. P E T. Ob quod,  
 obsecro, benefactum; quandoquidem ob males-  
 facta non potest, si ob hæc que dixisti nō potest.  
 I V L. Ob crimè hæreseos, & ita demum si publicè  
 sit conuictus. Verùm id quod friuolū est: nec  
 que vel tantillum officit Pótificiæ maiestati. Pri-  
 mùm illi in manu est, legē ipsam abrogare, si mi-  
 nus placeat. Deinde quis ausit summū Pont. in  
 crimina



crimen vocare? præsertim tot armatum præsi-  
diis? Ad hæc si fortè prematur Concilio, facilis  
est palinodia, si inficiari non liceat. Postremò,  
mille sunt cuniculi, quibus facile possit elabi: ni  
prorsus stipes sit, non homo. P A T. Sed dic mihi  
per pontificiam dignitatem, quis leges istas tam  
præclaras condidit? I V L. Quis, alius, nisi fons le-  
gum omnium, Rom. Pontifex. Atqui eiusdem  
est legem abrogare, interpretari, dilatare, astringere,  
vtcunq; visum est suis expedire cõmodis.  
P A T. Felicem profectò Pontificem, si legem fer-  
re possit, qua Christum etiã eludat, nedũ Con-  
cilium: quanquam aduersus huiusmodi Pontifi-  
ficem, cuiusmodi tu modò descripsisti, palàm  
scelerosum, temulentum, homicidam, simonia-  
cum, veneficum, periurum, rapacem, portentoso-  
sis libidinum generibus vndiq; conspureatum,  
idque propalam non tam optandum generale  
Concilium, quàm plebs armata saxis, vt publi-  
citus orbis pestem tollat è medio. Verùm age,  
dic mihi, quid est causæ cur Romanus Pontifex  
tantoperè horreat generale Concilium? I V L.  
Quin idem à Monarchis quæris, cur Senatum  
& celebres confessus oderint? Nempe quòd tur-  
bat tot excellentium virorum nõ nihil obscure-  
tur regia dignitas. Qui docti sunt, iis literæ fidu-  
ciam & audaciam addunt: qui boni conscientia  
freti, liberiùs loquuntur, quàm nobis expediat;  
qui dignitate præditi, autoritate vtuntur sua.  
Accedunt & inter hos nonnulli, qui nostræ inui-  
dent gloriæ, & hunc animum secum afferunt, vt

minuant Pontificis & opes & auctoritatem. Denique nullus hinc asidet, quin sibi putet hinc aliquid aduersus Pontificem licere Concilij titulo, nimirum aliàs inuictum. Proinde vix vllum Concilium tam foeliciter celsit, vt summus ille Pontifex non aliquam maiestatis suæ iacturam senserit, minusque summus discefferit. Cuius rei vel ipse testis esse potes, nisi prorsus excidit. Nam quantumcunque quidem de rebus leuiculis agebatur, non de imperiis & regiis censibus, vt nunc, tamen Iacobus ausus est tuæ orationi non nihil de suo adiicere. Etenim quum gentiles onere Mosaicæ legis in totum liberasses, Iacobus succedens fornicationem excepit, & sanguinem, & idolothytum veluti corrigens tuam sententiam: vt hodie quoque sint, qui hac re commoti, non tibi, sed Iacobo putent fuisse summi Pontificis auctoritatē. P B T. Igitur illud spectandum existimas, vt salva sit regia summi Pontificis maiestas, ac non magis publica vtilitas Reipublicæ Christianæ. I V L. Ad suum quisque commodum spectat, nos nostrum agimus negotium. P B T. Atqui si Christus idem fecisset, iam non esset Ecclesia, cuius te Monarcham esse iactitas: & non video qui conueniat, vt qui Christi vicarius appellari gaudeat, Christo diuersa sequatur. Sed illud iam expedi, quam arte schismaticum illud, vti tu vocas, Concilium discussis? I V L. Dicam tibi quidem, assequere si potes. Primum, Imperatorem Maximilianum (sic enim vocant) vt est vnus omnium minimè difficilis, tametsi per solennes

nes

nes nuncios Concilium indixerat, tamen nō dicendis modis ab instituto seduxi. Præterea Cardinalibus aliquot arte simili persuasi. vt quòd publicatis iam instrumentis statuerant, accitis Notariis ac testibus negârunt. P E T. An istud licet? I V L. Quid ni liceat, approbante summo Pontifice? P E T. Quid igitur si volet iusiurandum. iusiurandum non est: vt à quo passim quos vult liberat. I V L. Sed tamē, vt ingenuè dicam, id erat paulò quidem impudentius: verùm nō patebat via commodior. Deinde quum videbam futurum, vt apud nōnullos inuidia Concilij premerer, maximè quòd sic esset indictum, vt non excluderer, sed suppliciter invitarer, rogarerque præsidere: vide quam iam technam repererim, superiorum secutus exemplum. Ipse vicissim ad Concilium prouocaui: causans, nec tempus, nec locum satis idoneum esse, quem illi præstituisent: & Romæ subito Concilium indixi, quo neminem venturum arbitrabar, Iulio nō amicum, aut certè non obsecundaturum. Sic enim multis exemplis docueram. At protinus in hunc usum complures Cardinales creauī, meis institutis accomodos. G E N. Hoc est, facinorosissimos. I V L. Rursum hoc Conciliū nisi indixissem, Concilium non fuisset: & tamen haudquaquam expediebat rebus meis tantā Episcoporum & Abbatum turbam huc confluere, inter quos fieri non potest, quin aliquot probi piique fuerint futuri. Itaque monui, vt sumptibus parcerent: & singulæ regiones vnum, aut alterum duntaxat

mitterent. Deinde cū ne hoc quidem satis tutum viderē, & paucos ex tot prouinciis ad magnum redituros numerum, denuò illis iam ad iter accinctis denunciaui ne venirent: Concilium in aliud tempus prorogandum: commentus ad id causas vtcunque probabiles: Atque iis artibus exclusis vniuersis, rursus anteuertens quem præscripseram diem, Romæ Concilium institui, cum iis duntaxat, quos ad id paraueram. Inter quos etiam si qui fuerant, qui dissentirent à me, tamen illud certum habebam, Iulio neminem refragaturum, tanto armis & satellitibus superiori. Iam ad hunc modum ingentem inuidiam moui Gallicano illi Cōcilio, dimissis quoque uersum literis, in quibus de nostro sacrosancto Concilio faciebam mentionem, Concilium illorum execrans, conuenticulum Satanæ, conciliabulum Diaboli, schismaticam conspirationem subinde nominans. **P E T.** Oportet sceleratissimos fuisse Cardinales authores ac principes Concilij. **I V L.** De moribus nihil queror: sed caput huius negotij fuit Cardinalis Rothomagensis: qui nescio qua sanctimonia semper huc spectauit, vt Ecclesiam redderet emendatiorem. Idque fecit locis aliquot. Hunc mors eripuit mihi, tum rem faciens omnium gratissimam. Successit huic Cardinalis Sanctæ crucis, Hispanus, vitæ quidem inculpatæ, sed rigidus, senex, ac Theologus. Quod quidem genus hominū ferme solet esse infestum Romanis Pontificibus. **P E T.** Atqui homo Theologus nihil habebat quod suo

ſuo factò probabiliter obtexeret? I V L. Permulta: aiebat enim nulla fuiſſe tempora inquietiora, quàm tum erant, nunquam Eccleſiæ morbos magis intolerandos: itaque generali & publico Concilio ſuccurrendum me, cùm ad ſummum Pontificium admitterer, ſacramentis adaçtum, vt ſecũdo ab inito Pontificatu anno Concilium indicerem, & ita adaçtum, vt nec à Cardinalium conſeſſu poſſem abſolui. Deinde ſæpius à fratribus Cardinalibus meis admonitum, rogatum, interpellatum à Principibus, quiduis potius quàm hoc in aurem amiſi: ita vt palàm appareret Iulio viuo nunquam futurũ Concilium. Citabant exempla ſuperiorum Conciliorum: citabant leges aliquot Pontificias, quibus oſtendebant me cum meis detrectare Concilium, ad ſe ius indiçendi deuolutũ. Cæteris item Principibus conuenientibus, indiçendi munus ad Imperatorem Romanum, qui olim ſolus indiçebat, & ad Gallorum Regem, qui præcipuus eſſet, pertinere. P E T R. Num interim in te nefanda dictu ſcribebant? I V L. Imò furciferi plus hinc ſapiebát, quàm volebam. Rem odioſiſſimam mira modèſtia tractabant: & nõ ſolùm temperabant à maledictis, ſed me nunquam, niſi cum honoris præfatione nominabant, rogantes & obſecrâtes per omnia ſacra, piaque, vt quod me dignum erat, quodque iureiurando pollicitus eſſem, Concilio indiçto præſiderem, pariterque ſecum ſanandis Eccleſiæ malis operam commendarem. Nec dici poteſt, quantum hæc temperantia mihi conſtârît inui-

diæ: præsertim cum omnia sua sacris literis condirent: nam apparet eruditos aliquos ad id adhibitos. Addebant interim ieiunia, orationes, miram vitæ frugalitatem: vt magis etiam me premerent opinione sanctitatis. **P E T.** Tu contra, quo titulo Concilium indixeras. **I V L.** Longè splendidissimo. Ostendebam mihi in animo esse primū corrigere caput Ecclesiæ: hoc est, meipsum: deinde Principes Christianos: postremò, plebem vniuersam. **P E T.** Bellam audio comœdiam, sed iam expecto catastrophem. Iuuat audire quid Theologi illi in Satanæ conciliabulo statuerint. **I V L.** Indigna, abominanda, refugit animus commemorare. **P E T.** Obsecro tam nefanda. **I V L.** Prorsus impia, sacrilega, plus quàm hæretica: quibus nisi manibus & pedibus obstitissim, imò armis pariter atq; ingenio, actum erat de dignitate Ecclesiæ Christianæ. **P E T.** Tantò magis expecto quæ sint ista. **I V L.** Ah horresco referens. Id agebant scelesti, vt Ecclesiam tot opibus, ac tanta ditione florentem, ad veteres illas sordes, ac miseram frugalitatem reuocarent: vt Cardinales, qui nunc vitæ strepitu quosuis antecellunt tyrannos, ad paupertatem redigerentur, vt Episcopi multò contractius viuerent, minùs satellitum, minùs alerent equorum. **D E** creuerant, ne passim Cardinales absorberèt, **E** piscopatus, Abbatias, Sacerdotia: ne quis vnus plures episcopatus complecteretur. Istos qui per fas (vt aiebant) nefasq; sexcenta, si possint, cumularent Sacerdotia, coercendos censebant:

vt

v; his essent cōtenti censibus, qui frugali Sacer-  
 doti satis essent: Ne quisquā crearetur summus  
 Pontifex, aut Episcopus, aut Sacerdos interuen-  
 tu munerum, aut respectu fauoris, aut turpis ob-  
 sequij, sed duntaxat ex vitę meritis. Quod si com-  
 pertum esset, illicò submoueretur. Vt liceret Ro-  
 manum Pontificem palàm facinorosum, ab ho-  
 nore depellere: Vt Episcopi scortatores, ac te-  
 mulenti priuarentur administratione: Vt Sacer-  
 dotes palàm facinorosi, non solùm sacerdotio,  
 verùm membro corporis mutilarentur: aliaque  
 id genus permulta. Nam omnia referre piget,  
 quę prorsus eò tendebant, vt nos onerarent san-  
 ctimonia, diuitiis & imperio spoliarent. P E T.  
 Quid igitur contra hæc statuebatur in illo sacro  
 sancto Concilio Romano? I V L. Iam mihi vide-  
 ris oblitus id quod dixi, me nihil aliud agere vo-  
 luisse Concilij prætextu, nisi vt clauū clauo pel-  
 lerem. Primus ille cōuentus, consumptis solen-  
 nibus quibusdam cetemoniis ex antiquitate re-  
 lictis, quas ob antiquitatem adhuc vtcunq; pla-  
 cet obseruare, etiamsi nihil ad rem pertinent:  
 peracta sacra duo, alterum de Sancta Cruce, al-  
 terum de Sancto Spiritu, tanquam huius afflatu  
 resageretur. Deinde recitata oratio plena lau-  
 dum mearum. Proximo confessu quanta vi po-  
 tai torsi fulmen in schismaticos illos Cardina-  
 les plus quàm impium, plus quàm sacrilegum,  
 plus quàm hæreticum, pronuncians quicquid  
 illud esset, quod aut iam statuissent, aut statuere  
 pararent. Tertio confessu eodem fulmine terrui

Galliam, nundinis à Lugduno translatis, & quibusdam Galliae partibus nominatim exceptis, quò magis alienarem à Rege plebis animos, & aliquam inter ipsos seditionem excitarem. Atque hæc statim acta, quò plus haberent auctoritatis bullis prodita, ad omnes nisi Principes, præsertim ad hos, quos videbam in nostram factionem propensiores. P E T. At præterea nihil actum? I V L. Id actum est quod volebam: vici, si modò nostra valebunt decreta. Tres illos Cardinales, qui perstiterunt in cœptis, Cardinalitia dignitate publicis ceremoniis spoliari, Sacerdotiorum census aliis contuli: ne facillè possent resisti, ipsos tradidi Satanæ: libentiùs tamen igni traditurus, si in manus meas incidissent. P E T. Attamen, si vera narras, non paulò sanctiora videntur illius schismatici conciliabuli decreta, quàm tui sacrosancti Concilij: vnde nihil adhuc video prodiisse nisi minas tyrannicas, execrationes, & astu mixtam crudelitatem. Si Satanus fuit author illius conciliabuli, propius videtur ad Christum accedere, quàm Spiritus ille nescio quis, qui modò vestrū moderatus est Concilium. I V L. Quin tu quid loquaris etiam atque etiam vide. Nam omnibus bullis meis execratus sum omnes, quicumque illi conciliabulo quocumque modo fauerint. P E T. Miser, ut adhuc veterem spirat Iulium! Sed quis tandem huius exitus negotij? I V L. Hoc equidem in statu reliqui, quorsum euasurum sit, viderit fortuna. P E T. Nimirum schisma manet. I V L. Manet, & quidem periculoissimè.

P E T.



**P E T.** Et tu Christi vicarius schisma maluisti, q̄  
 verum Concilium? **I V L.** Vel trecenta schismata  
 potius, quàm me velint in ordinem cogi, & ad  
 totius vitę reddendam rationem adigi. **P E T.** Ita  
 tibi conscius? **I V L.** Quid id tua? **P E T.** Intellico.  
 Non expediebat eam mouere camerinã, sed pe-  
 nes vtroq̄ erit victoria? **I V L.** Istud fortunę est in  
 manu. Quanquam à nobis plus est pecuniarum.  
 Gallus exhaustus est diutinis iam bellis. Anglus  
 auri montes habet intactos adhuc. Illud indubi-  
 tatò possum vaticinari: si Gallus vicerit, id quod  
 abominor, vertentur rerum nomina, sacrosan-  
 ctum illud Concilium, Satanę Conciliabulum  
 erit. Ego idolum Pontificis, nō Pontifex, penes  
 illos Spiritus Sanctus erit, nos spiritu Satanę fe-  
 cetimus omnia. Verùm ingēs mihi fiducia est in  
 relictis pecuniis ne hæc fiant. **P E T.** At quid rei  
 tandem incidit aduersus Gallos & horum Re-  
 gem? quem vestri maiores Christianissimi titu-  
 lo decorarunt: præsertim cùm illoꝝ præsiis  
 fatearis & vixissete, & ad istã plus quàm impe-  
 riales coronam euectum: denique Bononiam,  
 & reliquas vrbes recepisse, domuisse Venetos,  
 omnibus inuictos. Quomodo tota recentium  
 meritorum abolita memoria? Quomodo tot di-  
 scissa fœdera? **I V L.** Istam explicare fabulam per  
 longum fuerit. Verùm vt summatim dicam, ni-  
 hil à me nouatum est: sed quod iam olim animo  
 parturierã, tum parere cœpi: quod antea rebus  
 ita poscentibus, dissimulãram, tunc aperui. Gal-  
 lis nunquam ex animo bene volui. Hoc tibi de

Gallorum. Nam cum Hispanis non pessimè nobis conuenit, siue linguam spectes, siue mores. Quamquam hos quoque submotos volebam, quo prorsus nobis liceret more nostro agere. P B T. Colunt præter Christum & alios deos? I V L. Imò Christum ipsum nimis anxie colunt. Antiquis quibusdam & iam pridem obsoletis uocabulis, mirum est quàm adhuc homines stultissimi per moueantur. P B T. Fortè magicis. I V L. Nugaris: imò simonia, blasphemia, sodomia, ueneficio, sortilegio. P B T. Bona uerba. I V L. Itidem ut tu nunc abominaris, & isti. P B T. Omitto nomina, at res sunt apud uos, ne dicam apud ullos Christianos. I V L. Sanè Barbari non ipsi uacant uitiis; sed cum diuersis laborent, nostram execrantur, suis blandiuntur, Nos contra, nostris blandimur, illorum abominamur. Nos abominandum probrum ducimus, ac per fas nefasque fugiendum paupertatem: illi uix Christianum esse existimant opibus frui, uel sine fraude quæsitis. Nos ebrietatem nec nominare audemus (quanquam hac quidem in parte, non ita uehementer ab illis dissentiam, si cætera conueniant) at Germani leue putant erratum, & festiuum magis, quàm scelerosum. Usuram uehementer execrantur illi, at apud nos nullum hominum genus æquè necessarium Ecclesiæ Christi. Venerem præposteram usque adeo spurcam ducunt illi, ut si quis uel nominet modo, & aërem & Solem existimant pollui: nobis longè diuersa sententia est. Item simonia, iam olim è rerum natura sublatum uocabulum, uel

lut vmbra adhuc formidant illi : & antiquitas iam veterū leges mordicū tenet. Nos alio spectamus. Atque huiusmodi permulta sunt alia, in quibus nobis non conuenit cum Barbaris. Proinde cum simus tam dissimili vitę instituto, procul arcendi sunt à nostris mysteriis, magis suspecturi si nesciant. Nam si semel intellexerint arcana Curie nostrę, protinus euulgant : & nescio quo pacto ad vitia reprehendenda sunt oculatissimi : scribunt maledicentissimas ad suos literas. Clamant passim apud nos non esse sedem Christi, sed sentinam Satanę. De me disputant, num sim affectus Pontificatum sic viuēs, num pro Pontifice sim habendus. Atque ita primū minuent nostram apud ignotos sanctitatis opinionem, simul & authoritatem : qui nihil antē de nobis audierant, nisi quod Christi vicem gereremus, & proximam, atque ad eō parem Deo potestatem teneremus : Atqui his rebus intolerabilis Ecclesię Christianę iactura nascitur. Dispensationes & pauciores & minoris vendimus. Minor census redit ex Episcopatibus, & Sacerdotiis, & Abbatiis : vulgus, si quid exigitur, malignius dat. Breuiter, vndecunque parcior quęstus, & steriliores nundinę. Postremō fulmina quoq; nostra minus ac minus horrent. Quod si semel eō processerit audacię, vt dicant sceleratum Pontificem nihil agere, ac fulmen minasq; contempserint, nobis ad famem planē redierit res. Quod si procul abfuerint, (ita ingenium est Barbarorum) impensius venerabuntur, nosq;ue

literis commodè scriptis, ex animi sententia rem geremus. P B T. Non optimè nobiscum agitur: si hinc pendet authoritas Apostolica, vt vita ignoretur, nesciantur technæ. Nos nihil aliud optabamus, nisi vt vniuersis esset cognitû, quicquid vel in cubiculis ageremus. Atque ita demum plurimi fiebamus, si verè innotuissemus. Verùm illud expedi, adeò religiosos Principes nûc habet mundus, tantaque est apud illos Sacerdotum reuerentia, vt ad vnius, atque adeò talis nutum, ad arma descenderint vniuersi. Nam meis quidè temporibus hos infestissimos hostes patiebamur. I V L. Quantum ad vitam attinet, non sunt admodum superstitiosi Christiani. Nos planè contemnunt, ac pro nugamentis habent: nisi quòd aliquot ex his infirmiores non nihil metuunt terrificum illud fulmen excommunicationis. Neq; hi tamen perindere atque opinione commouentur. Sunt qui nostras opes vel sperant, vel metuunt: eoque nonnihil nostræ defuerunt authoritati. Quibusdam persuasum, ingens aliquod infortunium manere hos, qui Sacerdotibus qualibuscunq; negotijum faceffunt. Omnes fermè, vt sunt ciuilitè educati, nonnihil tribuunt ceremoniis, præsertim à nobis prouocati. Nam ceremoniæ, seu fabulæ quædam vulgo dantur. Cæterùm res interim seriò agitur. Nos illos magnificis titulis decoramus, etiam si sint sceleratissimi. Hunc Catholicum appellantes, illum Serenissimum, alium Illustrissimum, alium Augustum, omnes dilectos filios nominamus:

namus:

namus : illi vicissim nos Sanctissimos Patres in suis literis vocât : & aliquoties ad oscula pedum se submitunt : & vbi non multum negotij vertitur, cedunt nonnunquâ authoritati nostræ, quo sibi pietatis opinionê apud vulgus parent. Nos illis rosas mittimus consecratas, tiaras, gladios, & illorum dignitatem, maximis bullis confirmamus. Illi vicissim mittunt equos, milites, pecuniam : nonnunquam & pueros, atque ita mutuum (quod aiunt) muli scabunt. P E T. Si tales sunt, nondum intelligo quo pacto potueris summos Reges ad grauissima bella concitare, præsertim ruptis tot fœderibus. I V L. Atqui si nunc assequi possis ea quæ dicam, intelliges ingenium plus quàm Apostolicum. P E T. Adnitar equidê, quoad potero. I V L. Illud in primis mihi studio fuit, omnium ingenium, ac præcipuè Principum ingenia, mores, affectus, opes, & conatus pernoscere, cui cum quo conueniat, cui cum quo dissidium sit. Deinde his omnibus ad nostram commoditatem vti. Principiò Gallos faciliè concitauimus in Venetos, quòd inter hos intercederet vetus, atq; antiqua similtas. Deinde sciebamus eam gentem auidam imperij prorogandi. Et Veneti illorum quoque nonnullas vrbes occuparant. Itaq; meum negotium cum illorum negotio miscui. Tum Imperator, quanquam non admodum amicus Gallo, tamen quia non erat alia spes à Venetis recipiendi, quæ tenebant (tenebant enim vrbes aliquot egregias) pro tempore se huic bello adiunxit. Deinde, quû non placeret

Gallos supra modum crescere (res enim successerat felicius, quam volebam) primum Hispaniarum Regem in eos extimulaui, primum hominem fidei non admodum adamantinæ; deinde cuius magnoperè referebat, ut cunque præmi Gallorum potentiam, cum ob alia multa, tum præcipuè, ne quando ditione Neapolitana excluderetur. Ad hæc Venetos, tametsi non probarem, fictè tamen in gratiam recepi, ut hos quoque recentis cladis dolore exacerbatus in Gallos immitterem. Rursum Imperatorem, quem paulò antè cum Gallis coniunxeram, ab illis distraxi: idque partim pecuniis, quæ apud hominem egentem semper valent plurimùm, partim literis & nunciis, renouato veteri in Gallos odio, quo vir ille mirum quam semper flagrarit, etiam si deerit vlciscendi facultas. Iam Anglos sciebã genuino odio esse in Gallorum gentem, & in coniunctissimos Scotos. Ad hæc intelligebam nationem esse præferocem, & bollicupidam, idque potissimùm prædandi spe: tum etiam superstitiosam aliquantulum, quod longissimè absit à Roma: postremò, id temporis, noua libertate (quæ tandem illis morte Regis omnium seuerissimi contigerat) insolentes ac penè temulentos, ut faciliè iam possent ad quamuis insaniam extimulari, quodque maximè volebam. Accessit ad opportunitatem rerum mearum, Rex admodum adolescens, vel puer potius, & nuper regno potitus, ingenio acri viuidoque, ac verè iuuenili, hoc est, inquieto & bellicoso, nec

nec ætate tantùm ambitiosus, & ad res non mediocres erectus. Qui iam tum à primis annis huc spectasse dicebatur, vt Gallos adoriretur armis. Super omnia affinis erat Hispano Regi, què iam ad arma traxeram. Hisce rebus omnibus vus sum ad Ecclesiæ commoditatem. Ac sexcentis literis, non absq; ingenio scriptis, tandem inuolui Principes bello omnium grauissimo. Neq; vero quenquam cæterorum intentatum reliqui, neque Regem Hungarorum, neque Lusitanæ, neque Burgundionum regibus parem ducem. Verùm, quia ad hos nihil harum rerum attinebat, perpellere non quini, ac sciebam his tumultuantibus neminem cæterorum quieturum. Higitur quum suo morem gererent animo, tamen honestissimum titulum acceperant à nobis: vt quò maiorem cladem inferrèt populo Christiano, hoc religiosus viderentur Ecelesiâ Dei protegere. Atque vti magis admireris vel ingenium meum, vel felicitatem, belligerabatur id temporis Hispaniæ Rex cum Turcis incredibili rerum successu, maximoq; suo quæstu: & tamen illis omnibus omisis in Gallum vniuersas vires conuertit. Ad hæc Imperator non fœderibus modò multis, verùm etiam beneficiis immensis deuinctus erat Gallis, vel hoc nomine, quòd horum sumptu operaque, suas in Italia ciuitates recepisset. Et huic erat, quòd ageret, nempe vt suaueretur: iam enim Patauium descuerat, & in Burgundia, nempe vt Geldros hostes grauissimos (in quos belli suscipiendi fuerat author) à

nepote suo Burgundionum Principes depelles-  
 ret. Et tamen effeci, vt suis omisis meum ageret  
 negotium. Cùm nulla gens sit, apud quam mi-  
 nus valeat summi Pontificis authoritas, quàm  
 Anglorũ (id protinus liquebit, si quis diui Tho-  
 mæ Cantuariensis episcopi vitam, ac veterum  
 Regum cõstitutiones euoluerit) ea tamen gens  
 alioqui exactionum impatientissima, passa est  
 propemodum se deglubi. Mirum autem quàm  
 sacerdotes quoque, qui nobis cõsueuerant quic-  
 quid possunt subtrahere, iis quantumuis mul-  
 ctas admiserint: haud perpendentes cuiusmo-  
 di fenestram regibus in posterum aperuerint.  
 Quanquam nec ipsi reges satis animaduvertebãt,  
 quod exemplum induxerint aduersus seipos.  
 Népe, vt liceat postea Rom. sacrificio regno mo-  
 uere, quem oderit Principem. Et Rex adolescens  
 maiore etiam motu rem aggressus est quàm vole-  
 bam, aut quàm iusseram, tametsi malebã, in hanc  
 peccari partem. Iam verò longum fuerit expli-  
 care sigillatim, quibus artibus eos Principes ad  
 tam periculosum bellum excitarim in Christia-  
 nos, quos nullus vnquam Pontifex, vel in Tur-  
 cas potuit excitare. P. B. T. At fieri potest, vt bel-  
 lorum incendium per te suscitatum, vniuersum  
 deniq; mundum corripiat. I. V. L. Corripiat sanè,  
 modo Romana sedes dignitatem, & possessio-  
 nes tueatur suas. Tametsi conatus sum omnem  
 belli molem ab Italis in Barbaros reicere, dimi-  
 cent illi quantum velint, nos spectabimus & for-  
 tassis illorum fruemur infania. P. B. T. Hæc ergo  
 nihil



nihil pertinent ad Pastorem & Patrem sanctissimū & Christi vicarium? I V L. Cur excitāt schisma? P E T. Atqui peccata non vnquam ferenda sunt, si plus malorum est à medela. Deinde si tu Concilium admisisses, non erat locus schismati. I V L. Bona verba. Ego sexcenta bella malim, quàm Concilium. Quid si me submouissent à Pontificio, veluti simoniacum: & negotiatorem Pontificij, non Pontificem? Quid, si omnem vitam meam perdidissent, prodidissentque in vulgus? P E T. Etiam si verus esses Pontifex, tamen satius erat honori cedere, quàm tantis orbis Christiani malis tuam tueri dignitatem. Si modo dignitas est, Episcopatus indigno commissus, ac ne commissus quidem, sed & emptus, & arreptus. Vnde illud mihi obiter venit in mētem, te Concilio quodam diuino Gallis extitisse pestem, qui prius Ecclesiæ & pestem inuexerint. I V L. Per triplicem coronam meam iuro, perq; meos clarissimos triumphos, si mihi bilem moueris, senties & tu vim Iulij. P E T. O phreneticum. Verum hæctenus quidem nihil audio, nisi ducem non Ecclesiasticum, sed mundanum, nec mundanum tantum, sed ethnicum, imò ethnicis sceleratiorem. Gloriaris te plurimum potuisse ad discindenda fœdera, ad inflammanda bella, ad strages hominum excitandas. Ista Sathanæ potestas est, non Pontificis: qui Christi vicarium se fecit, cum oportet ad illius exemplar quàm proximè accedere. Est in illo summa potestas, sed cum summa bonitate coniuncta: est summa

sapientia, sed simplicissima. In te potestatis imaginem video, cum summa malitia, summaq; stultitia copulatam. Quòd si malorum Princeps diabolus, vicarium sibi cupiat subrogare, quem potius asciscat, quàm tui similem? Dic vbi verum Apostolicum egeris? I V L. Quid magis Apostolicum quàm augere Christi Ecclesiam? P E T. At qui si Ecclesia est populus Christianus, Christi spiritu conglutinatus, subuertisse mihi videris Ecclesiam: qui orbem vniuersum, ad teterrima bella concitaris, quòd tu impunè malus & pestilens esses. I V L. Nos Ecclesiam vocamus sacras ædes, sacerdotes, & præcipuè curiam Romanã, me in primis, qui caput sum Ecclesiæ. P E T. At Christus nos ministros fecit, se caput, nisi nunc secundum accreuerit. Sed quibus tandem aucta est Ecclesia? I V L. Nunc ad rem accedis: itaq; discam. Illa olim famelica & pauper Ecclesia, nunc adeò floret ornamenti omnibus. P E T. Quibus, ardore fidei? I V L. Rursus nugaris. P E T. Sacrà doctrinã? I V L. Obtundis. P E T. Contèptu mundi? I V L. Sine me dicere, veris inquam ornamentis: nam istæc verba sunt. P E T. Quibus igitur? I V L. Palatiis regalibus, equis & mulis pulcherrimis, famulatu frequētissimo, copiis instructissimis, satellitiis exquisitis. G E N. Scortis formosissimis, lenonibus obsequentissimis. I V L. Auro, purpura, vectigalibus, vt nullus Regum non humilis ac pauper videatur, si cū Romani Pontificis opibus, strepituq; conferatur. Nemo tam ambitiosus, quin se victum agnoscat, nemo tam

laptus,

lautus, quin suam condemnet frugalitatem : nemo tam nummatus, nec scenerator, quin nostris inuideat opibus. Hæc inquam ornamenta & tutatus sum, & auxi. P E T. Sed dicito mihi, quis omnium primus istis ornamentis & inquinavit & oneravit Ecclesiam, quam Christus purissimam pariter & expeditissimam esse voluit? I V L. Quid istud ad rem attinet? Certè quod est caput, tenemus, possidemus, fruimur, quanquã aiunt Constantinum quondam vniuersam Imperij sui maiestatem in Syluestrum Romanum Pontificem transfudisse, phaleras, equos, currus, galeã, baltheum, paludamentum, satellitium, enses, coronas aureas, & auri quidem purissimi, exercitus, machinas bellicas, vrbes, regna. P E T. Et extant istius munificentie certa monumeta? I V L. Nulla præter paleam vnam, decretis admixtã. P E T. Fabula fortassis est. I V L. Id vel ex meipso coniectio. Quis enim sanus tam magnificum Imperium cederet vel patri? sed tamè valdè libet credere, & curiosis hæc refellere conantibus, silentium magnum minis indicimus. P E T. Atqui nihil adhuc audio, nisi mundum. I V L. Tu fortasse veterem illam Ecclesiam adhuc somnias, in qua tu cum famelicis aliquot Episcopis frigidum sanè Pontificem agebas, paupertati, sudori, periculis, ac mille obnoxius incommodis. Iam ætas in melius commutauit omnia. Alia longè res nunc est Romanus Pontifex, tu nomine tituloquã duntaxat eras Pontifex. Quid si nunc videres tot sacras ædes regis extractas opibus, tot vbi-

Ego tot animarum millia Christo lucrifeci: tu tot in exitium traxisti. Ego Romam antea gentilem, primus Christum docui, tu Christianæ iam gētilitatis extitisti magister. Ego vel umbra corporis sanabam ægrotos, liberabam à dæmonio vexatos, ad vitam reuocaui defunctos, & quacun- que incederem, beneficiis implebam omnia. Quid simile tui habuere triumphum? Poteram verbo quem voluissem tradere Sathanæ: & quæ- tum potuerim, experta est Saphira cum suo marito. Tamen quicquid habebam potestatis, id in utilitatem omnium consumpsi. Tu omnibus inutilis, si quid poteras, imò, & quod non poteras ad publicam orbis perniciem vertisti: I V L. De miror, cur in catalogum gloriarum tuarum non hæc etiam addas, pauperiem, vigilias, sudores tribunalia, carceres, vincula, probra, plagas, crucis denique. P B R. Rectè admones. Nam istis de rebus iustius gloriabor, quàm de miraculis. Horum nomine Christus nos iussit gaudere & exultare: horum nomine nos beatos vocauit. Ita Paulus collega quondam meus, cum sua iam etat facinora, non commemorat vrbes armis expugnatas, non legiones ferro cæsas, non orbis Principes ad bella concitatos, non fastus tyrannicos: sed naufragia, vincula, flagra, pericula, insidias: hic est triumphus verè apostolicus: hæc est gloria Christiani ducis. Iactat ille quos genuerit Christo, quos ab impietate retraxerit, nō quot ducatorum millia congefferit. Denique nos cum Christo perpetuum iam agētes triumphum

phum laudibus prosequuntur, & mali: te nemo non execrabitur, nisi vel tui similis, vel adulator.

**I V L.** Rem inauditam audio. **P E T.** Credo, nam qui tibi fuisset otium euangelicas euoluere literas, Pauli, measque epistolas lectitare, tot legationibus, tot foederibus, tot rationibus, tot exercitiis, tot triumphis occupato? At ceteræ quidem artes omnes animum desiderant sordidis vacuum curis: Christi verò disciplina pectus requirit ab omni contagio terrenæ sollicitudinis purgatissimum. Nec enim tantus magister è cælo descendit in terras vt facilem aliquâ, aut vulgarem philosophiam traderet mortalibus: Non otiosa neque-secura professio est, esse Christianum, voluptates omnes ceu venenum aspernari, diuitias perinde vt lutum calcare, vitam pro nihilo ducere, hæc est Christiani hominis professio. Hæc quoniam intolleranda videntur iis qui Christi spiritu non aguntur, ad inania quædam vocabula, merasque ceremonias deflectunt & factitio capiti Christi, factitium addunt corpus. **I V L.** Quid tandem mihi boni reliquum facis, si me nummis exuis, si regno spolias, si nudas scænore, si voluptatibus abdicas, si vitâ priuas?

**P E T.** Quin tu igitur ipsum Christum infelicem pronuncias: qui cum esset omnium summus, ludibrium factus est omnium: in paupertate, sudoribus, ieiuniis, in fame vitam omnem peregit: denique morte omnium probrosissima defunctus est. **I V L.** Inueniet fortasse qui laudet, qui imitetur, neminem his sæpè temporibus. **P E T.** Atque

hoc ipsum denique laudare, est imitari. Quamquam Christus nō orbat suos bonis: sed pro falsis bonis, veris & æternis locupletat, at non locupletat nisi prius omnibus huius mundi bonis abdicatos ac repurgatos. Ut ipse totus erat celestis, ita corpus suum, hoc est, ecclesiam sui simillimam esse voluit, id est à mundi contagiis alienissimam. Alioqui qui posset esse idem cum illo, qui sedet in cœlis, si terrenis adhuc fecibus immergatur? Verum vbi fuerit excussum ab omnibus huius mundi commodis, atque etiam quod amplius est, affectibus, tum denique Christus suas explicat opes: pro relictis mellitis (imò multa aloetinctis) voluptatibus, cœlestium gaudiorum gustum impartit: pro relictis opibus longè præstantiores. I V L. Quas obsecro? P A T. N. tu vulgares opes putas, prophetiæ donum, donum scientiæ: donum miraculorum, vni vilem putas Christum ipsum, quem quisquis habet, in ipso possidet omnia. Postremo nisi nos hic pauperem agere vitam putas. Ha, ha, quo quisque in mundo est afflictior, hoc vberius deliciatur in Christo, quo quis in mundo pauperior, hoc in Christo locupletior, quo in mundo deiectionior, hoc in illo sublimior & honoratior, quo minus viuit in mundo, hoc magis viuit in Christo. Verum cum totum corpus suum purissimum esse voluit, tum præcipuè ministros, hoc est Episcopos: & inter hos quo quisq; maior est, hoc debet Christo similiior, & ab omnibus mundi commodis expeditior & exoneratior esse. Nunc contra  
 video

video eum qui Christo proximus, atq; adeo par  
 haberi vult, omnibus maximè rebus sordidissis  
 mis immersum, pecuniis, ditionibus, copiis, bel-  
 lis, fœderibus, vt ne quid interim de vitis dicã.  
 Et cum sis alienissimus à Christo, Christi tamen  
 titulo ad tuam abuteris superbiam: & illius præ-  
 textu, qui regnum mundi despexit, mundanum  
 tyrannum agis: & verus Christi hostis exigis ho-  
 norem Christo debitum. Benedicis aliis ipse ma-  
 ledictus. Aperis aliis cœlũ, vnde ipse procul ex-  
 clusus es. Consecras execratus: excommunicas,  
 cui nihil est cum sanctis commune. Quid enim  
 inter te & Turcarum ducem, nisi quod tu Christi  
 vocabulum prætexis? Certè mens eadem, consi-  
 miles vitæ sordes, Tu maior orbis pestis. **I V L.** At  
 ego cupiebã Ecclesiam omnibus bonis exorna-  
 tam. Sed Aristotelem aiunt tres bonorum ordi-  
 nes constituere: quorum quædam sunt fortunæ,  
 quædam corporis, quædam animæ. Itaq; noles-  
 bam bonorum ordinẽ inuertere. A fortunæ bon-  
 nis cœpi: fortasse paulatim ad animi bona vêtur-  
 ris, nisi præmatura mors terris me eripuisset.  
**P E T.** Præmatura sanè, nempe septuagenarium,  
 quanquam quid opus erat aquam igni miscere?  
**I V L.** Atqui si defunt ista commoda, vulgus nos  
 non pili faciet. Quin nunc quoq; metuunt & os-  
 derunt. Atque ita tota Respub. Christiana col-  
 laboretur, ni contra vim inimicorum sese tueri  
 queat. **P E T.** Imò si Christianorum vulgus con-  
 spiceret in te veras Christi dotes, nempe vitæ  
 sanctimoniam, sacram doctrinam, charitatem

SPECVLVM  
DE LEONE X.

*Germanos, decimas tunc cum extorquere pararet,  
Qualem oratorem iussit adire Leo?*

*Dimisit quendam, labor esset dicere qualem:*

*Nimirum verbo est dicere sat; Monachum.*

De eodem PASQUILLVS.

*Pastor ut ambiguus Proreus dignoscitur ore,*

*Et dubius liquidis saepe vagatur aquis:*

*Sic Leo nulla fides tibi, nec Constantia rebus,*

*Facta, promissis sunt odiosa tuis.*

*Nec bona nec mala sunt dubio credenda Leoni,*

*Est etiam in Verum vix adhibenda fides.*

*Quum ventrem imprudens anido natura Leonis*

*Fecisset, ruinas praeiuit huic geminas.*

*Non excrementis fuerat satis una: sed harum*

*Alteram nunc clausa, nec minus illa vorat.*

*Gaude ROMA, breui has solueris peste, fatiscet*

*Alnus, tam magni ponderis impatiens.*

*Differat à Decimo quam Iulius ipse Leone,*

*Discere ab amborum nomine ROMA potest.*

*Iulius est hominis, bruti Leo. Iulius egit.*

*Quae suasset ratio: quod libet, iste facit.*

De eodem.

*Sacra sub extrema, si forte requiritis, hora*

*Cur Leo non poterat sumere? vendiderat.*

IN LEONEM X.

*Raptorem si quis forsitan mirare Leonem,*

*Ignoras vocis unguibus esse feram.*

In eundem.

*Claniger Alcides, Leo claniger: ille vocatus,*

*Dicitur hic, nomen nobile vtrius feret.*



PONTIFICVM.

*Relatum potius Leo Florentine tulisses,  
Alcides clauem si potior gereret.*

In eundem.

*Car malè consultum misero fit, queris, ouili?  
Quod Leo quadrupedi band imperat, est homini.*

IN LEONEM X.

*Sumere maternis titulos cum posset ab Vrbs  
Ceculus hic noster, maluit esse Leo.  
Quid tibi cum magno commune est talpa Leonet  
Non cadit in turpes nobilis ita feras.  
Ipse licet cupias animos simulare Leonis:  
Non lupus hoc genitor, non finit Vrfa parens.  
Ergo aliud tibi prorsus habendum est Cæcule nomen:  
Nam cuncta ut possis, non potes esse Leo.*

DE HADRIANO VI.

*Classe virisq; potens, domitoq; Oriente superbas,  
Barbarus in Latias dux quatit arma domus.  
In Vaticano noster latet. hunc tamen alto  
Christe vides Cælo (prob dolor) & pateris?*

DE CLEMENTE VII.

*De Clemente, quod est conscriptum carmine crimen,  
Id verum aut falsum protinus esse scio.  
Si veram est, verè iam possum dicere mundi  
Vrba breuis vitium claudit & omne scelus.  
Si falsum est, verè iam possum scribere mundi  
Dux, pax, lax paruo contegitur tumulo,  
At falsum esse reor. Quis enim committere summum  
Pontificem Romæ talis monstra putet?*

CLEMENTIS MORITVRI  
cum Morte colloquium.

Quem mors seua petis? M. te. c. cur? M. nunc hora  
quòd instat?

Hem propera. c. quid ais? M. Parcaq; fila seca.

c. Hei mihi? M. Quid luges. c. modicum vixisse. M.  
videtur

- Omnibus ad nimium. c. Cur rogo. M. quòd malus es.

c. Quod scelus? heu miserum. M. solitus quòd vendere  
cuncta

Per fas atq; nefas. c. Pœnitet. M. hoc nihil est.

c. Seua nimis, cur hoc nihil est? M. in funera quando  
Haud prodest, aliquem pœnituisse mali.

c. Da saltem ante obitum. M. garris. c. concede roganti  
Hoc vnum. M. insanis. c. hoc. M. Citius morere.

c. Hoc. M. Cedo. c. vt saltē peream susceptus in vlnis,  
Quæ modò ab Hispanis vecta puella mihi est.

M. Hæc est illa, senem quæ te sine fine coegit  
Insanire: Furor, non amor: heus morere.

c. Ergo mihi moriendum est. M. est. c. quâ morte. M.  
peribis

Febre graui, qua nunc languida membra iacent.

c. Febre graui? M. Sic est. c. fugias. M. Cur? c. stubi  
ta, putâsne,

Vt qui non perij fulmine, febre cadam.

Epitaphium, quod in sepulchro CLEM  
ENTIS VII appensum, in  
uentum est.

Clementem eripuit nobis clementia Fati,  
Humanum toto gaudeat Orbe genus.

Hic est, qui fuerat iam dedecus Urbis & Orbis,  
 Et fuit atatis magna ruina sua.  
 Hic est, qui tantos mutato sedere Reges  
 Prodidit, & nullam nouit habere fidem.  
 Hic est, qui grauibus vexauit regna tributis,  
 Atque Italium totas hausit anarus opes.  
 Hic est, qui patriam bellis oppressit acerbis,  
 Turbauit proprios seditione lares.  
 Hic voluit rapidis sua mania perdere flammis,  
 Et plus quam humanam strage replevit humum.  
 Hic est, qui multas viduauit ciuibus vrbes,  
 Crudeliq; suas imbuit ense manus.  
 Hic est, qui bellis Insubria diruit arua,  
 Extorrem Urbini compulit ire Ducem.  
 Hic est, si nescis, qui iam tibi Roma parauit  
 Excidium, pestem, funera, bella, famem.  
 Hic est, per quem tot prostant & in vrbe paella,  
 Per quem pulsus bonos, virgineumq; decus.  
 Hic est, qui molles euexit ad astra Cynedos,  
 Formosum a tergo munere iniuit Hylas.  
 Hic est, qui fuerat uinens infamia mundi,  
 Imperij labes, spurcitiæq; sui.  
 Contemptor diuim, scelerum vir, publicus hostis,  
 Perfidus, ingratus, raptor, iniquus, atrox.  
 Nutriuit longi discordia semina belli,  
 Munit pacatos semper ad arma Duces.  
 Hoc uiuente fuit nullarum copia rerum,  
 Tabuerant sterili pallida membra fame.  
 Carauitq; nihil misera ieiunia Romæ,  
 Ut fruges magno venderet ere suas.  
 Infelix, totum quod non extingueret mundum,

Nec potuit sanctis bella mouere Deis.  
 Exosus vitam, & morbo tenuatus amaro,  
 Stabat Pæoniâ non reuocandus ope.  
 Mortem implorabat, nec mortem fata sinebant,  
 Gaudebant longâ sed cruciare morâ.  
 Hic vidit mortis centum tormenta futurae,  
 Pæna tamen mortis non fuit æqua suæ.  
 Ex ista tandem migravit luce tyrannus,  
 Quo nullus toto peior in orbe fuit.  
 In date vlturibus ciues tam patre cadaver,  
 Nulla has reliquias hospita terra tegat.  
 Illuxit tandem sælo lux vna sereno,  
 Et venit populis sæpe vocata dies.  
 Dacite felices per compita, ducite, ludos,  
 Aeneadæ, & letis soluite corda iocis.  
 Hanc lucem moneo vestris inducite Fastis,  
 Longa hanc posteritas religione colat.  
 Sicut magnanimo pulsos à Consule Reges  
 Legimus, & nostro tempore durat bonos.  
 Et tu sublatum è terris letare Neronem,  
 Pristina libertas reddita Roma tibi est.

### De Clemente morituro.

Clementis quum iam Parcarum maxima velles  
 Rumpere longæui stamina Pontificis:  
 Lis orta est subito diuis acerrima, cuius  
 Autores, Pluto, clauiger atq; Petrus.  
 Vltima namq; illi cum fata instare viderent,  
 Noluit hunc cælum, noluit hunc barathrum.  
 Petrus ait: Nolo hunc, gladio qui cinctus & armis,  
 Impius & tumidus nil nisi bella mouet.

Quis

Quia stadet magnos animare in praelia Reges,  
Martis & horrendi semina crebra serit.

Non hæc monstrarunt summi præcepta Tonantis,  
Non hæc Pontifici regula scripta fuit.

Et licet ipse meum iactet sese esse nepotem,  
Non tamen est meritis cœlitum adesse choro.

Tum Plato: Hunc me ferã ad nostros defendere manes  
Hunc ego vel patiar regna tenere meas?

Cui Furor est genitor, peperit Discordia mater,  
Diris vberibus fouit & Impietas.

Istuc auertas pater, ô haminum atq; deorum,  
Ne trux hæc stygias bellua turbet aquas.

Hæc cum in concilio magno essent dicta tumultu,  
En subito Clemens mortuus ipse venit.

Protinus & cœli Petrus sua limina claudit,  
Atque Erebi Pluto claudit & ipse fores.

Tum Clemens: Nulla est cœlum expugnare facultas,  
Testantur magno fulmina missa Ioue.

Tartara sentemus, facilis descensus Auerni:  
Nam saltem poterit ille patere mihi.

### In Clementem ad Tiberim.

Dititias olim frugum Tiberine ferebas,  
Letaq; erant vndis arua Latina tuis.

Olim etiam geminam seruasti à funere prolem,  
Sustulit vnde altum Roma superba caput.

Nunc fruges hominesq; rapis violentus, & Urbem  
Romuleam insolito protinus amne replet.

Placandus furor iste tuus, cum Virgine cæsa  
Placata æquorei numinis ira fuit.

Ibuscum hominem fas est Etrusco flumine mergi,  
Victima nulla tibi gratior esse potest.

In eundem.

Cum mala tot miseram vexent, te Principe, Roman,  
 Diluuium, cædes, flamma, ruina, laes:  
 Non te Clementem, nec te inclementia dicam  
 Numina, sed Furias te, stygiasq; deas.  
 Immo tuum si vis nomen me dicere, dicam,  
 Diluuium es Roma, flamma, rapina, laes.

De eodem & CAROLO V.

Septimus inferior Quinto, quis credat? habetq;  
 Imperium Quintus, Septimus exsilium.

CLEMENS de CAROLO V. &  
 Rege Gall.

Sic ego fallo duos, aut sic me fallit vterque  
 Responde. In nullo Principe tuto fides.

Epitaphium CLEMENTIS.

Conditus hoc tumulo est Clemens, qui iura fidemq;  
 Perdidit, & miseræ Orbis & Urbis opus.

Aliud eiusdem.

Post multos ferro enectos, pluresq; veneno,  
 Post Urbem euersam funditus & Patriam.  
 Septimus hic Clemens situs est, grauiora parantem  
 Non talit, & stygijs Mors pia merfit aquis.

Aliud eiusdem.

Redde, tunc non est hic, quem Lapis improba celas:  
 Debetur coruis Septimus & canibus.

Aliud eiusdem.

Nutrix Roma fuit, genitrix Florentia, sceler  
 Nec tua te nutrix, nec tua te genitrix.

Man

*Mors tua letitiam tulit omnibus, vnica meret,  
Quae te regnavit Principe, dira famet.*

Aliud.

*Qui transis, aliò vestigia verte, dolosus  
Ipse etiam hic mulus calcitrat è tumulo.*

Aliud.

*Pontificum Clementem inter tot busta priorum,  
Roma, regis, rapido danda erat Tiberi.  
Nec Tiberi, sed aquis maioribus. vnica vasti  
Tot poterat sordes abluere vnda maris.*

DIALOGVS DE CLEMEN.  
TE VII. LEONE X. ET  
PAVLO III.

*Interlocutores.*

LEO X. CLEMENS VII. &  
Cardinalis SPINOLA.

LEO.

**N**E te affligas ampliùs, ò Clemens, quando  
nihil superest remedij. CLEM. Non possum  
nò semper acerbissimè ferre miserà illam meam  
fortunam, quoties mihi in mentem venit maie-  
statis meae, cuius tot annis non tulit Ecclesia pa-  
rem. Hippolytum creavi Cardinalem, & effeci,  
vt reditus sexaginta millia ducatorum, singulis  
annis caperet. Alexandrum creavi Ducem, pro-  
prium ei subiiciendo patriam: Nepotem meam  
honorificentissimè nuptam dedi in Gallias. Iam  
sat habet fortuna, quòd captivum me fecit Bor-

bonij, quodque mea caussa destructa est Florentia, quod Roma prostitit atque prædæ fuit, direptaque fuere & sacra & profana: Sed me quoque extinxit, veneno dato Marsiliæ. Idem ausa in Hippolytum, etiam Alexandrum neci dedit, qui, quemadmodum vidisti, circumfert apud Inferos corpus plenum vulneribus, an non ingens ista est crudelitas? **LEO.** Verum dicis, sed quid facias, vbi nullus locus est remedio? Ferendum est. Sed ecce, quis est Cardinalis ille, qui accedit ad nos? **CLEM.** Non illum nosti? Is est, qui diebus superioribus descendit huc, magnus ille foenerator & Mercator Genuensis, noster Camerarius. **LEO.** Quid adfers noui ex regionibus supernis, Domine Camerarie? **CAM.** Beatissime Pater, res malè succedunt. **LEO.** Quid ita? quid est rei? **CAMER.** Nihil agunt aliud, quam quod mutuis latrocinis & cædis bus, inuidiâ, ambitione, ferunt omnia, omniaque fiunt propter pecuniam: Malè sit illi, quicumque in eam collocat fiduciam: Semper enim illa pernicies tandem est hominum. Equidem si non habuissem tot aureos, nemo mihi venenum propinasset. **LEO.** Res impia. Sed dic, Domine Camerarie: quid tibi videtur de Papa Paulo? quis vnquam credidisset, quod ille simiola scilicet hypocritica factus fuisset Papa. **CAMER.** Beatissime Pater, vester Hyppolitus de Medices auctor fuit, qui ita telam hanc texuit, ut Cardinales omnes pertexerent, atque adoraret Farnesium. **Exceptis Campègio & illo**  
do



**de Cesis**, siquidem **Campegius** fulminabat manibus pedibus que repugnans. **CLEM.** Profecto presagebam hoc **Farnesio**, fore, vt in meum locum post me sufficeretur. Verum vt habet status **Papalis**. **CAMER.** Beatissime Pater, admiratur cum graui tædio, & **Carolus Imperator** vrget continuo pecuniam, exigens ad expeditionem contra **Turcas**. **CLEM.** Crede mihi, **Hispanus ille Apella** cum tempore splendori & magnificentie **Ecclesie Romanæ** futurus est exitio, quin etiam meis temporibus nunquam aliud faciebat, quam quod exigebat pecuniam. **LEO.** Magnum errorem admisisti, **Clemens beatissime**, ( da veniam verbis ) qui illum coronaueris, & videbis quod vniuersos pessum dabit. **Franciscus** non potuit vnquam obtinere hanc gratiam à me, etiamsi **Bononiæ** mihi promitteret, donaturum **Ecclesiam** quotannis milione auri. Nimis enim mala res est, dare **Barbaris** aditum ad eiusmodi dignitatem: nostri certe **Antecessores** tale facinus nunquam admisissent. Nempe **Alexander Papa** nunquam ad hunc dignitatis gradum euehere dignatus est **Regem Maximilianum**. **CLEMENS.** Fateor non esse ex re nostra, quod **Ultramontani** eò vsque prouehantur: neque ego quicquam huiusmodi vnquam designassem, nisi vi coactus fuisset, vbi me **industria Borbonij** captiuum tenebat. Nouit **Deus**, quam inuitus illum coronauerim; tametsi **Bononiæ** quandoq; risum labiis extremis p me tulerim; Sed obsecro, ne quid de hac re loquamur.

amplius, quoniam nihil id aliud est, quam refrenare antiquum vulnus. Dic quæso, Domine Spiritu nola, cæteris in rebus, quomodo Papa se gerit? CAM. Papa collocupletare nepotes suos quacumque potest via, quemadmodum & vos fecistis. CLEM. Profecto malè facit: siquidem præfatio, quòd quemadmodum ego necis occasio fui meis, sic ipse suis erit. CAM. Sic agunt illi apud superiores, & omnes opinantur, quòd finito eius Papatu, pessum ibunt, & dispergètur omnes. CLEM. Magnates quòd simul atque ascendimus ad hunc gradum, illicò exæcamur. Sed quid aiunt iam Lutherani, postulante adhuc Conciliū? CAM. Heu mihi, magis quam vnquam antea: suffulti scriptis illius sui sancti Pauli, & reliquis id genus nunciis, persuadent omnibus Christianis, nos esse Phariseos, & inimicos perniciosissimos Dei, pertinaces in exigendis traditionum observationibus, ac negligentes traditionum Christi: denique nos esse hypocritas, & quidquid præcepimus, id quæstus causa præceperimus, quòd mundum subiugaremus. Præterea, bona pars dicit, nos excogitasse Purgatorium, vt emungeremus substantiam radium & simplicium hominum, prætextu & terrore illius: & quòd neque Christus, neque quisquam Apostolorum de hoc vestro Purgatorio verbum faciat. CLEM. Heu mihi, hæc mala noua sunt. Quòd si tolleretur, calamitate aliqua Purgatorium, actum erit de omnibus religiosis. Nempe necesse erit omnibus & Sacerdotibus & Monachis à religione ad lignum

nem

nem redire. Sed vt verum fatear, & hoc vt peio-  
 ra mereamur. Nos volumus quotidie palam scor-  
 tari, lasciuire, alere centum canes & equos, &  
 quocunq; modo viuere in luxu: Postea mira-  
 mur, homines in nos nihil ponere fiducia: imò,  
 miror ego, tam hactenus esse patientes. C A M.  
 Beatissime Pater, peius est, quòd peregrini non  
 visunt amplius Romam. C L E M. Non parũ pro-  
 fectò est, quod dicis. nam ex illis peregrinis mul-  
 tieurei colligebantur. Sed cedo: nihilne lucri  
 amplius afferunt Indulgentiæ? C A M. Pater san-  
 cte, rem ipsam dixisti. Nimirum quando quidem  
 nihil illis amplius habetur fidei, præterquam a-  
 pud aliquos superstitionulos, aut mulierculas,  
 viduas aut religiosulas. C L E M. Cur rides? C A M.  
 Rideo dolum quendam Papæ Pauli, quem non  
 possum tibi non narrare. Heri quidem appulit  
 huc quidam Bononiensis, qui lamentabatur de  
 Papa Paulo, & de nobis omnibus: Nos, inquiens,  
 proditores esse, ac falsarios. Siquidem cum rede-  
 missent Iubileum, què superioribus diebus Pa-  
 pa Paulus dedit Bononiensibus, putauit sursum  
 se tractum iri in Paradisum, nunc miser se dece-  
 ptum videt. C L E M. Quid? Paulusne dat gratis  
 Iubileos? C A M. Non, pater beatissime: sed ita  
 oportuit, quia dicebant, Indulgentias non vale-  
 re, si precio emerentur. C L E M. Audi quæso? ne  
 credas illum fuisse ita liberalem: sed astutè fecit.  
 C A M. Sic facere solet omnia. Nam vix quatuor  
 interpositis diebus imperauit, vt exigenter de-  
 tentis quinquageni. C L E M. Huius facile hos

cogitabam. Sed quo prætextu? CAM. Prætextu expeditionis contra Turcas. CLEM. Intellego prætextum iam olim consuetum. Sed parum est de centenis semissem exigere. Age, dic quid rerū gerit Aloisius? CAM. Pædico ille? qui superiori-  
 bus diebus egregiam illam facetiam designauit aduersus miserum Episcopū Fanensem? CLEM. Quidnam? CAM. Beatissime Pater, facinus crudelissimum, & scelus abominandum, quale nunquā non dico fieri, sed ne excogitari quidem debuisset, ad eō vt me pudeat narrare, mirorq; cur Deus non ignem de cœlo in illum exurendum iaculetur. CLEM. Intellego quid velis, vt etiam nihil addas; vitium illud peculiare nobis omnibus est; nōne ita est Leo? LEO. Vtinam nō esset; forsā hīc iam non adessem: Sed perge, domine Camerarie. CAM. Si dicere vellem sigillatim omnia flagitia istius sceleratissimi, non sufficerent centum anni; sed vt in pauca redigā: Nulla dies abit, qua non aliquos etiam suā manu occidat, vel per alios occidi curet, aut veneno tollat, atq; id non alia causā, quā cupiditate inuolandi in bona eorum. CLEM. Quæso ne quid de hac re ampliū, verū ad alia transeamus. Papæne in bona gratia apud Imperatorem est? CAM. Non admodum. CLEM. Quare? CAM. Propter technas occultas, quibus Papa cū Rege confusus furrat. CLEM. Vnde rescit hoc Carolus? CAM. Dicam vobis. Tempore Ducis nepotis nostri, literas omnes retinebat, quæ per Florentiam mittebātur, quas interim reperit, quas Papæ dæ-  
 ha

bat ad Regem, Dux aperuit, & ad Imperatorem  
 transmisit. Porro superioribus diebus Ambro-  
 sius patefecit omnia Carolo, quã sanè de causa  
 nunc eũ Papa seruat in carcere, gratibus tormen-  
 tis cruciandũ. CLEM. Probè nuper intellexi iocum  
 illum, quẽ retulit tum mihi Magolotus, qui  
 gubernator Bononiensis nunc obiit: Sed aiebat  
 à Papa coniectũ in vincula, ppter nescio quẽ va-  
 sa argentea preciosa, quẽ possidebat, cũ aliquot  
 millibus ducatorum. LEO. Age, dic domine Ca-  
 merarie, quid tibi videtur de futuro Concilio?  
 CAM. Beatissime Pater, nescio. Electi sunt Cam-  
 pegius, & Simoneta, & Brũdusinus, vt pficiscan-  
 tur ad Concilium, & nisi fallor, iam profecti sunt  
 ad locum designatum. LEO. Quem locũ consti-  
 tuere? CAM. Vincetiam. LEO. Satisne egregios  
 viros setũ adduxerunt? CAM. Beatissime Pater,  
 ita, quantũ ad leges quidem & Philosophiam A-  
 ristotelis & Scoti, atque reliquas humanas scien-  
 tias attinet: sed quantũ ad Scripturã sacram atq;  
 veram Theologiam, nemo est, qui vel apicem no-  
 uit. CLEM. Qui passus est igitur Paulus huc se  
 adduci? certè, vt mihi videtur, rem nõ intelligit.  
 Debebat Intricare Imperatorẽ cum Rege, sicut  
 & ego feci, & dare omnem operam ad disconci-  
 liandos eorum animos, quia si pacẽ inter se ini-  
 buer, extremũ pax illa erit exitium sedis Roma-  
 nã. CAM. Pater sancte, non potest fieri aliter: si-  
 quidẽ factio Lutherana vsq; ad eũ creuit in Ger-  
 mania, vt nimium sit difficile detrectare Conci-  
 lium. Postquam etiam Angliã Rex defecit

præterea Italia iam tota lutherefcit, vt fi nulli eſſent Lutherani, Itali atque ipſimet noſtri Prædicatores vrgerent, vt Eccleſia tandem reformaretur. **LEO.** Quænam illæ ſunt beſtiæ? **CAM.** Ferè omnes illi, qui ab adulatione abhorrent, præſertim ſectatores diui Auguſtini. **LEO.** Quare non trucidantur? quare non ſtrangulantur? quare non cremantur, ita vt ne ignifer quidem relinquantur? **CAM.** Pater ſancte, perinde ſe habent atque ſerpens ille, quo cum Hercules conſiſtabatur, vbi pro vno capite reſecto, ſeptem renaſcebantur. Similiter de iſtis fit, quoties exuritur vnus, renaſcuntur decem. **LEO.** Ego verò dico, trucida, ſtrangula, crema, quod niſi fiat, ad mendicitatē redigetur eccleſia Romana. **CLEM.** Præſtaret, vt Papa doctiores illos acceſſiret, qui aduerſantur, & donaret huic Episcopatū, illi galierum Cardinalium, & amicitiam cum illis iniret: ſic fortalle incendium extingueretur. **CAM.** Sic propemodum fecit; Papa enim fecit Cardinales Hiſpanos, vt tuerentur Hiſpaniam, fecit Cardinales Gallos, vt ſeruarent Galliam: ſic denique pleroſque alios, ſed parum iuuat. **LEO.** Papatus iam me præſide indiget, qui ſi adeſſem, cancer euaderet Carolus, & omnes ſui hæretici, quos fouet, & quibus fauet, in deſpectum noſtrum. At ferendum eſt. Exſpectemus finem rei. Primus qui veniet, adferet nobis noua; iſtæ iam rerum vices ſunt, ex quibus ſi Papa ſe nescit comparare, curſum ſuum res obtinebit, vt Sacerdotibus & Monachis, niſi laborarint, de ſe ſi per ricalum

riculum futurum. CAM. Spero rem bene successuram, quia Papa hac intentione proficiscitur, vt transigat cum ipsis, absque maledictis Lutheranis. CLBM. Paxit Deus. Sed tempus nos ad solitas pœnas vocat. Et ecce illos in nos irruentes. LEO. Eamus obviam, ne grapius commoveantur. CLBM. Eamus, iam dudum Cerberum quassare catenas audio.

## DE PAVLO III.

*Roma diu Medicis malè sana immitibus vsa,  
Hei diram infelix incidit in phrensus.*

## IN PAVLVM III.

*Sixtam lenones, Iuliam rexere Cinedi;  
Imperium vni scurra Leonis babes.  
Clementem Furie vexant, & auara cupido,  
Quæ spes sit regni, Paule, futura tuis?*

## In eundem.

*Predicat Paulus, contemnit fœdera Clemens,  
Sacriligas trahat Iulius arma manu.  
Et quisquam sceleris nomen formidas inane,  
Auctores scelerum qui videt esse Deos?*

## ROMA ad PAVLVM.

*Sam Medico satis agra, fui quoq; præda Leonis,  
Nunc mea dilaceras viscera, Paule, lupus.  
Non es, Paule, mihi numen, ceu stulta patabam;  
Sed lupus es, quoniam subtrahis ore cibum.*

## Ad PAVLVM III.

*Quid tua, Paule, pilis facies diuina caprissat?*

Hei mihi, res omen non habet ista bonum.  
 Quum rex ère orbem tonsi regesq; patresq;  
 Floruit: hoc birto tempore cuncta ruunt.  
 Rident Schismatici tot nos errasse per annos,  
 Atq; hinc errores, cætera cuncta probant.  
 Si barbas reddis Clero, reddatur & vxor:  
 Certius est, illos hanc habuisse prius.  
 Sic saga concedas, dematur linea vestis  
 Sacrificis, quia non conuenit illa viris.  
 Et quidquid Patrum leges, & sanxerat vsus,  
 Cum rasura error sit ratione pari.  
 Cum sine nos barba patresq; errare fatemur  
 Tanto æuo, neq; nos ante fuisse viros.  
 Collige quanta sit hæc Romana infamia sedis,  
 Et Canonum, ex vsu qui bene robur habent.  
 Quare age, sancte Pater, veteres precor assere mores,  
 Et redeat vultu Clerus, vti ante fuit.  
 Qua licet excelsos imitetur vt ille Ministros,  
 Non quadrant hirtis linea vela labris.  
 Ornet barba suos, felinaq; labra Thyasones,  
 Sola licet, fortes non facit illa viros.  
 Hoc tibi maiorum, s; prisca namismata spectes,  
 Atq; externorum tot simulacra probant.  
 Sic tibi succumbant gentes, internaq; pestis,  
 Heretici, & lætus secula lata regas.

## Ad eundem.

Tres habuit fauces, & terno Cerberus ore  
 Latratus intra Tartara nigra dabat.  
 Et tibi plena fame tria sunt, vel quatuor ora,  
 Quæ nulli latrant, quemq; sed illa vorant,

Ad



Ad eundem.

Sicantè meretrix cupidos expilat amantes,  
 Persoluit meretrix, Paule, tributa tibi.  
 Si populus spoliat præses, partitur & ille,  
 Et socium lucri te facit esse sui.  
 Quænis sic placeat tandem expilatio, tantum  
 Nulla ut consensu sit sine præda tuo.

Pasquillus ad eundem.

Vt canerent data multa olim: sunt vatibus æra:  
 Vt taceam, quantum tu mihi, Paule, dabis?

Ad eundem.

Nescio si verum est, iam te faciente per Urbem,  
 Quod sal vendatur carius, omnis ait.  
 O bene consultum, nil hoc perfectius vno:  
 Iam fætes, æquum est sit tibi cura salis.

Ad eundem.

Cur sit tanta fames, cur tanta penuria rerum,  
 Dicam, si verum dicere, Paule, licet.  
 Non facit hoc annus, non inclementia cæli,  
 Nec minus ingrati stella maligna senis.  
 Qui non explentur, dum vis saturare Nepotes:  
 Hinc est, si nescis, protinus orta fames.

In PAVLVM Pontificem.

Paulus ab Hebræo scis quantum distet Iudas  
 Hic cæli Dominum vendidit, ille domum.

De eodem ad Pasquillum.

Præsulo de Paulo, præsul doctissime vatum,  
 Pasquille, dis quid sentias?

*Nil melius paulò factum est antistite Paulo,  
Et peius est Paula nihil.*

*Epitaphium eiusdem.*

*Faluis eram terra, tenuisq; in puluere ventus,*

*Famineo suetus viuere lacte senex.*

*Atamen Italicis non dactior artibus alter,*

*Quiq; Deum vberius ludere posset, erat.*

*Namque vno summi fatuati nomine Reges,*

*Ceperunt ipsi bella mouere Deo.*

*Non satis equa mea nuper Germania Roma,*

*Ingenij sensit subdola vota mei.*

*Quidquid id est, inter felices gaudeo manes:*

*Quam volui, auspicio est alea iacta meo.*

*Nunc gratare mihi partes post funus honores,*

*Roma mea, ad stygios dum vagor vmbra lacus.*

*In culicem versus segnes affligo tyrannos,*

*Qui furere in summum non potuere Deum,*

*Hæc mea nunc merces, hoc grato lætor honore:*

*Pro meritis vitæ præmia quisque capit.*

*P. AESQVILLVS MAGISTER*

*Pontificum, M. Forio, I. V. perito, fru-*

*triq; longè clariss. gaudium*

*& pacem.*

**Q**UAM molestè tuum ab Vrbe discessum,  
Marce frater, tulerim, & tu ipse discedens,  
& postea literis absens cognouisti. Ac mihi quo-  
que tecum aut abeundum fuerat, nisi me ma-  
gis Papa absentem quàm præsentem timuisset  
aut si mortalis essem, moriendum. Consi-derari  
verò

verò cum præfente non est ausus : quòd, quàm malè celsisset tum Adriano sexto, tum Clementi septimo, meminisset. Nam cum me Deus Opt. Max. Magistrum Pontificum, pontificiorumque esse voluerit, eam naturam & còditionem simul me habere dedit, quæ mortis sensum ignoraret: præsertim cum natura ita comparatum sit, vt semel duntaxat homines moriàtur: ego autem naturæ munus semel obiui. Quare mori iterum nò possum: vt Pontificios exercere, & castigare perpetuò possim. Te verò beatum, Mar. Fori, cui statim eius, quam ex nostro illo congressu disciplinae cœlestis acceperas, testimonium accipere contigit, tunc, cum furente Papa Paulo, & reuel ad palinodiam, vel ad necem poscète, cum paucis exististi. Quod enim certius testimonium habere aliquis diuinæ erga se beneuolentiæ, & comprobationis potest, quàm si eum Pontifices, & Sacerdotes, & Pharisei (quod ipsi capiti Christo fecerant) diris deuoueant, vexent, exagitent, & ad tormenta necemque deposcant? Verùm vt hæc nunc omittam, quæ diuinitus edoctus, præclare nosti: ad ipsum negotij caput, cuius gratia ad te nunc scribo, veniamus. Memoria tenes, credo, cum de Rebus cœlestibus sermonem inter nos haberemus, te à me còtendisse, vt si quando me, vt superas oras peragraueram, sic inferas perlustrare, id est, Orci arcana, maniumque, contingeret, eam rem tecum communicarem. Iam id peropportunè cecidit, vt hoc silicernio (Paulum Farnesium dico) defunçto, atque in

Orem delato, eò descenderim, multa que viderim, quæ si Pontifices, cæterisq; mortales crederent, nec illi CHRISTVM IESVM persequerentur, eiusque Ecclesiam vastarent: nec hinc à Christo, nescio quib. nugis, & superstitionibus, abduci pateretur. Quoniam verò tecum in presentia congruere non licet, atq; ea coram commemorare, hæc epistola tibi totam hæc Tragediam, quam breuissimè potero, describam. Tu verò, vt soles, quæ leges, toto animo atq; mente percipito.

PAVLVS, qui & Saulus, quinto Idus Nouembris, circa noctis primam vigiliam, cepit animam agere. Eram ego tum apud Titum Polybium, quem ipse nosti, virum vnum inter omnes ciues Romanos cordatum, & quæ vetè polsis sapientem appellare: cum eo ad multam noctem de Reipublicæ Christianæ calamitatibus, deque remediis ipsarum, sermonem produxeramus, quo sermone, non finito, sed in aliud tempus dilato, placuit Polybio, vt apud eum eam noctem quiescerem. Vix autem somnus irreperat, & ecce Genius is, qui me abhinc decennium in cælum deduxerat, visus est adesse: &, Surge, inquit, Publi: siquidem videre aues, qua pompa, quòue apparatu Paulus à Dite reliquisq; Manibus accipitur. Quid inquit? mortuusne est noster Sanctissimus? Mortuus, inquit, tandem, si modò vixit vnquam. Sanctitatè verò totam reliquit CHRISTO, & Sanctis eius: sibi satis esse ratus, si titulo tenus & nomine Sanctissimus diceretur. Venio, inquam, & te dux fidissimè lubens. volensq; sequor.

quor. Imus, in Palatium ventum est, vbi Paulum  
 iuuenimus adhuc paululum respiratem: agebat  
 enim extremam animam. Ac circa eum multi Dæ-  
 mones, homines pauci. Nam iam de eius morte  
 certi, alij arculas vertere, alij stragulam vestem, va-  
 saq; argentea & aurea querere, diripere: alij alia,  
 vt in huiusmodi occasione solet, agitare. Dum  
 hæc aguntur, n. s. extremum vitæ spiritum edis-  
 dit. Ibi tum vnus qui inter Dæmones dux vide-  
 batur, & reliquis dignitate præstare, accedens:  
 Seruet te Satanas, inquit, regni nostri columen  
 & decus. Et apprehensa eius manu, deduxit in  
 vallem quandam opacam, cuius latera cupressis  
 altissimis referta erant, ita vt Solis iucundissi-  
 mum lumen nulla ex parte posset admittere. In  
 vallis autem capite erat lacus foetidissimus, quem  
 aut Auernum, aut eius simile, esse existimo. Hic  
 Dracolycus (id enim erat ei Dæmonum duci no-  
 men) proferri iubet stolam muliebrem (nam nu-  
 das exierat Paulus) ferrugineam, igneis serpen-  
 tibus suffultam, cuius oras, lembi instar, scorpio-  
 nes ambiebant. Tum vero mihi totus in turpis-  
 simam & temulentam animum mutatus Paulus vi-  
 debatur: contra quam Ioannes Papa ille fecit,  
 qui viri sexum mentitus, foeminam se esse, filium  
 enixa, declarauit. Illud autem mihi permirum  
 videbatur, cum in eius stola cernerem insignio-  
 ra ipsius facinora figurata: parricidia, veneficia,  
 prodiones, incestus, & supra nefanda. Cal-  
 ceos ei induunt, siue potius ocreas, ex suilla co-  
 rio. In capite pileolum ex vulpina imponunt pelle;

& desuper mitram indunt, tribus aptam coronis: quarum prima, quæ frontem temporiq; redimebat, biceps erat amphibena: aspide secunda constabat; cerastes duobus corniculis prædita, mitræ fastigium exornabat. E' collo monile pendebat, quod geminæ viperæ contortæ conficiebant. Ad aures verò, binæ verficoloræ ranae, pro in aure coaxabant. Chirothecas addunt plumbeas, & vipereas armillas, vt nihil ad meretricium cultum & ornatū deesse videretur. Tum imponunt eum feræ vastissimæ, quæ humano cruore concretos pilos habebat, & maculis verficoloribus distincta videbatur: In his maculis, omnium errorum, omnium in Deum & Christum conuiciorum nomina, quæ post natos homines vnquam fuere, quasi in iustis notis legebatur: Ægyptiorum, Phariseorum, Hærenorum, Hebionitarum, Manichæorum, Arianorū, Mahometanorum, Pelagianorum, præter ea quæ ipsi Papistæ in Dei Christiq; contumeliam inuenerunt. Ipsa autem fera capitibus septem, decemq; cornibus elata incedebat: ac singulis cornibus singulæ erant coronæ, quæ regiam infert potentiam significarent. Tulerat verò secum Paterulus, poculum aureum, simile his quæ ad altare preparatur; sacris eius ferunt sacerdotes. eum calicem manu gestabat, eo gestu, quo solent Germani ad bibendum inuitare. Ita exornatum Pontificem Max. deducunt Tartarei ministri, perimum vallem. Me verò Genius meus per dextrū iostis latus commodissimè ducebat. Ita quæ fierent

omnia,

omnia, totamq; pompam ex editiore loco, inter  
 compressa latentes, facilius spectabamus. Atq; vbi  
 aliquantum processimus, fit ingens aduentan-  
 tia equitatus strepitus. Pauloq; post, Genio mo-  
 nente, Petrum Aloysium Pontificis filium agno-  
 uimus qui audito patris aduentu, ei obuiam honoris  
 causa processerat. Hircina pelle contactus, ipse  
 hircum insidebat, cumq;ue vastum, adeo vt tauri  
 magnitudinem superaret, Pro aurea bulla, ad pes-  
 ctus eius ingens pendeat Priapus: & quod val-  
 de sum miratus, ad Priapum erat pugio nudus  
 media parte corporis appensus. Petrum Aloy-  
 sium catamiti innumerabiles stipabant, reliqua  
 molliter amicti, nates tantum nudas simiarum in-  
 motum obstantes. Qui cum eo erant reliqui,  
 pergrandes espras inequitabant, & in vexillis  
 (nescio an ad terrendas aues) Priapos habebat.  
 Ibi Petrus Aloysius, cum sorore Constantia, ea-  
 demq; nouerca, patentem in nigra illa equitum  
 turba, vix agnouit. Nam non idem erat orna-  
 tus, non ea facies, non equus albus, non idem  
 Comitatus qui fuerat viuenti. Nec agnouisset  
 profus, nisi formam quãdam Pontificis mitræ,  
 quam Regnum vocant, & vocem eius, animad-  
 uerisset. Atq; vbi propius accessisset, inuicemq;  
 conlataissent: Hucne tu quoque (inquit) pa-  
 roxi descendisti? quem, si animi superstites cor-  
 poribus, sunt (quod quidem nunc heu me sen-  
 tie) in cœlum euolaturum credidissem. Nam te  
 quasi Deum aliquẽ, magna mortalium pars co-  
 lebat. Tu tunc coloribus cœlum promittebas:

tu animas ab inferis reuocabas: tu pœnas, aduersus  
 Sacram sedem, & deuotionem redeuntibus, &  
 de antiqua seueritate multum remittebas: ut mo-  
 do Germaniæ principibus & populis, qui à te,  
 ad nescio quam Euangelicam disciplinam defes-  
 cerant, per tres Episcopos tuos à latere nuncios,  
 significasti: Quamquam qui tibi intimi erant  
 (quemadmodum ego cum paucis fui) satis sus-  
 perque norant, te illis ipsis quæ aliis venditabas,  
 fidem non habere, sed fabulas semper existimas-  
 se. Nam memini, cum nullos esse manes affirma-  
 res, nec subterranea regna. Verùm te illa tuori,  
 quod essent præclara atque admodum apta ad  
 mortales decipiendos, ad opes & imperium non  
 modo tuenda, verum etiam acquirenda. Hinc e-  
 go filios tuos præclara disciplina institutus &  
 imbutus, nihil non mihi licere putauit. hinc tot  
 mea cum maribus & foeminis stupra, hinc tur-  
 des & rapinæ: hinc in Deum, & Christum, hinc  
 in virginem matrem, & superos omnes sacrilega  
 nefandaque conuicia: hinc innumera alia omnis  
 generis scelera atque flagitia, quæ ego te genito-  
 rem imitatus, patravi: quibus coopertus, cum  
 me nec Dij nec homines ferre iam possent, tan-  
 dem aliorum Tyrannorum more, quorum sine  
 cede & vulnere pauci huc descendunt, cecidit in  
 hanc foueam; ubi iam re ipsa experior, esse Tar-  
 tara, esse Furias & manes; esse denique scelorum  
 supplicia, atque ignem sempiternum: quæ domi-  
 vita manebat, tuis documentis, & domesticis  
 huius disciplina, nec cogitauit vnquam, nec ex-  
 horui.



horui. Quamobrem pater nihil est, quod hinc aliud expectemus, quam miseriam, & sempiternam desperationem. Ad hæc ingemuit pater, & obmutuit: tantum in id intentus, vt finem suæ videret fabulæ. Et ecce dum procedunt, maior equorum hinnitus, & rugitus leonum exaudiri. Hi erant aliquot Imperatores, Reges, Tyranni, atque alij Principes, ex iis præsertim qui Bestiæ potentiam tradiderunt suam: quiq; de poculo meretricis Babylonice amatorio poti, cum ea concubuerunt. Hi ei venerunt obviam, atque eius calamitatem luxerunt. Post hæc longè maior processit turba, Paparum, Cardinalium, Episcoporum, Abbatum, Monachorum, & sacerdotum. hi omnes inequitabant locustas, similes equorum, qui ad prælium sint instructi: in quorum capitibus erat species coronæ cuiusdam aureæ. Eis erat humana facies, capilliq; muliebres: at, dentibus leoninis, loricisq; ferreis muniz videbantur. Concussu alarum, quadrigas in prælium procedentes imitabantur. Caudas habebant, & in caudis acumina scorpionum. Ac ne te diutius teneam, cum hoc comitatu peruenimus ad Ditis ferream urbem, inamenaq; regna: vbi arcus, vbi ingentes columnæ, vbi trophea erant erecta: in quibus tituli atq; egregia N. S. Farnesij facinora, inscripta, atque incisa cernebantur. Primus arcus ante Urbis portam, rudimenta illustrium facinorum ipsius ostentabat. Machina ipsa ex grauissimo plumbo constabat. Et ibi opere relato Paulum vidi,

qui Alexandro Borgiæ Pont. Max. sororem suam  
 stuprandam tradebat, vt se ære alieno liberaret.  
 In altera arcus parte, idem Paulus alteri sorori,  
 quæ familiæ Fregnesiæ motes nimis aperte se-  
 queretur, atque alios magis quam Paulum fra-  
 trem amare videretur, infundebat venenum, nõ  
 dabat. Sed non possunt non prodigè viuere, qui  
 aliena bona sperant, cum effundunt sua. Et verò  
 eodem pœculo, matrem suam illum festulisse, ar-  
 cus frons parsq; superior aperte declarabat. E-  
 rat huius arcus titulus: PAVLO FARNESIO,  
 LENONVM ET PARRICIDARVM PA-  
 TRONVM SINGVLARI. Inde in urbem ipsam  
 ingressis, occurrit altera fabrica, ex solido ære  
 fabricata, in qua noster Paulus de puella quadã  
 Anconitana triumphabat. Nam cum iam con-  
 foctis lenociniis & dolis rubrum galerum me-  
 risset, essetq; legatus Anconæ, specie cuiusdam  
 mercatoris facum faciebat nobili puellæ: sibiq;  
 desponsam, vxorem ducebat: quæ postea quãdam  
 eum esse, qui erat, cognouisset: seque non legiti-  
 mam matronam, sed concubinam (quod ex Pon-  
 tificio iure ita optime nosti) satis resciret, parum  
 absuit, quin in insaniam furoremque incideret.  
 Ex eo tamen connubio, Petrum Aloysium sustu-  
 lit, Romani nominis decus scilicet, & ornamen-  
 tum singulare. Huiusmodi autem facti elogium ipse  
 habebat: PAVLO FARNESIO CARDINALI  
 NEVLONI REVERENDISS. IMPOSTO-  
 RES POSVERVNT. Procellimus, & ecce aliud  
 monumentum, ex ea materia confectum, quæ est  
 plumbo,

plumbo, ære, & stanno conflatur. ibi opere fusorio, Paulum iam Pontificem Max. cum filia sua Constantia vidi, quæ ei iucundior atque obsequentior erat, quàm parenti par est. E regione huius neptem quandam suam, Regiam matronam, non minus virginali pudore, quàm forma bona præstantem, ad incestum & nefandum stuprum, senex hircosus, puellam lectissimam, sollicitabat. In priore arcus parte, Petrus Aloysius Episcopo Fanensi, per vim stuprum offerebat, ex quo adolescens ille bonus moriebatur. Et ibidem Paulus pater, eum subridens absoluebat. Itaque propter hæc generosa facinora, Manes in arcu inscripserant: PAVLO TERTIO PONT. MAX. HIVS' QVE FILIO, MOECHIS, INCESTIS' QVE ET CINÆDIS DRAVCIS' QVE OMNIUM MAXIMIS, LVXVRIOSORVM TVRBA MEMORIAE SEMPITERNÆ ERGO POSVIT. Hinc in Plutonium, maximum totius vrbis campum, ventum est: vbi bina trophæa, quæ durissimo sale, eoque subruffo constare videbantur. In altero Perusini subacti & oppressi viscebantur: in altero, Ascanius Colonna Princeps iustissimus, è suo regno, magno furore, ab hoc silicernio pellebat. His erat vnum elogium, in hunc modum: PAVLO FARNESIO PONT. MAX. TYRANNO CRVDELISSIMO, TYRANNI POSVERE. Non procul ab his ad alterum campilatus, erāt geminæ columnæ quadratæ, & latæ, quarum materiem cognoscere non potui, non enim erant ex his consuetis

vſitatisq; materiis. In altera, Camerinum dolo  
 malo (pulſa eius Príncipe ſcœminâ, ſingulari ſa-  
 pientia & religione prædita) capiebat: in altera  
 cernere licebat, quibus artibus collegium Car-  
 dinatum in ſuam ſententiã, de Placentia & Par-  
 ma pertraxiſſet, facta permutatione Camerini  
 non ſui, in Parmam Placentiamq; non ſuas: quæ  
 res Petro Aloyſio filio, quem duabus illis clarif-  
 ſimis ciuitatibus dominum impoſuerat, meri-  
 tam mortem attulit. Et harum titulus vnus erat:  
**PAVLO TERTIO PONT. MAX. PRODITIONIBVS INNUMERIS, ET MAXIMIS, CLARISS. IVDAS ISCARIOTES CVM ALIIS PRODITORIBVS POSVERE.** In tertio cam-  
 pi capite, & latere, arcus erat ad cœli figuram ef-  
 formatus: ibi Planetæ ſeptem, & ſigna duode-  
 cim, illa aſtrogis notiſſima, & ſtellæ innume-  
 rabiles. Ibi erat Paulus, cum Dionyſio Seruico,  
 & Gaurico, & quibuſdam alijs: qui omnes fata  
 Pontificis, & ſuorum, in horoſcopis, in aſpecti-  
 bus, & ſiderum domicilijs inquirebant: in eõs  
 que tanto erant ſtupore attoniti, vt in inſaniam  
 incidiſſe viderentur. Hic erat titulus: **PAVLO PHRENESIO PONT. MAX. ASTROLOGO MAGO, ET ARIOLO SUMMO, CHALDÆI POSVERVNT.** In quarto campi angulo, & ca-  
 pite, erat fabrica quædam ex rubra cera compa-  
 cta: in qua mitrati multi, ac reliquis ſublimio-  
 res, & tanquam iudices, purpurati tres confide-  
 rant. Literis hiſ locus, & cauſa notata erat. **S. S. T. C. Sacroſancti Concilij cuiuſdam ſpeciem,**

& locus & confessus referebat: in quo vt literis  
 quibusdam, quæ illic & legebantur & scribeban-  
 tur, de opprimenda veritate, ac de Cæsare deci-  
 piendo, paucorum suffragiis agebatur. E' Con-  
 cilio vidisses quosdam exsibilari, & discedere,  
 quòd veritatem vel leuiter tueri, atque illorum  
 peruersis consiliis obuiam ire ausi essent. Illic  
 videbam non indoctum medicum quèdam, sed  
 meliorem astrologum, F. C. pecunia corrup-  
 ti, vt non esse salubrem aërem patribus, senten-  
 tia & scripto testaretur suo: vt in Cæsaris frau-  
 dem, Concilium aliò transferre liceret, vbi &  
 certiora, & liberiora, & plura pro sua tyrannide  
 suffragia auferre, aut saltem protrahere ipsam  
 Concilium posset. Ei medico, eruditè sanè con-  
 tradicebat Alexander T. medicus non vulgaris,  
 probabatque cælum ibi, & alia omnia esse quàm  
 salubria: nec in natura & loci indole quicquam  
 esse, quod à Concilio illic celebrando absterre-  
 re posse videretur. Et tamen contradicente Me-  
 dico, & repugnante vehementer Cæsare, & cor-  
 ruptis & pedariis effectum est suffragiis, vt ma-  
 gna pars patrum B. discederet. Hic etiam arcus  
 suo non carebat elogio. In eo enim hæc verba  
 legebantur: PAVLO TERTIO, PONT. MAX.  
 CONCILIORVM ET PVBLICAE PACIS  
 PERTVRBATORI, XXX. PAPAE POSVE-  
 RE. Ad medium Plutonium columna erat ex  
 solido adamante. in qua satis mirari non potui,  
 cum viderem aduersus sanctos bella cruentas  
 que pugnas ita elucere, vt geri tunc, nō imagini-

bus ostendi viderentur: sed nouo & inusitato pugnandi genere. Duæ enim illic spectabantur certaminum formæ. Erant ouium mitissimarum greges stolis candidis amicti: in ouium autê capitibus erant aureæ coronæ, admirabili fulgore radiantés. Hi greges ducem habebant **AGNUM**, cui erant cornua septem, ac totidem oculi. Ex altera parte lupi rapaces, lupi quidem, verum non omnes vno ornatu. nam alij rubro pileo caput tegebant, alij mitra bifida, alij cucullo, eoque vario: alij alio modo. Vnus verò inter eos erat eminentior, is in capite triplicem coronam gestabat, quæ nihil prorsus à summi Pontificis mitra & Regno differebat. Pallio omnes quodam utebantur: alij purpureo, alij violaceo, alij nigro, cinericio alij, alij albo. Genus pugnandi hoc erat: Irrumpebant in gregem diuersis ex locis lupi: singuli aliquam ouem torripiebant, raptabant, eamque vorabant. Pavidæ oues nihil aliud agere, quàm se ipsas interdum vnâ constringere, interdum diffugere, & capitibus in cælum subfatis, miserè balare, atque in Agnum ipsum respicere. Solus agnus hasta quadam, crucis instar, pugnare: lupos sæpe ita fugare, itaque persequi, vt eos cogeret in proximum quoddam barathrum præcipites ruere. Alterum bellum in hunc modum gerebatur. Non procul hinc erant armatorum legiones & copię, similes iis omnibus quas supra dixi, obuiam Petro Aloysio profuisse: nisi quòd omnes illę copię Paulum terræ summum Ducem & Imperatorem habere videbatur.

videbantur. Horum alij districtos gladios, alij faces accensas, alij pocula atris mista venenis contra ferebant. Qui gladiis, & vsitatis armis pugnabāt, eos ducebat Cardinalis quidam, Pontificis Legatus, iuuenis, & inanes spirans glorias: in cuius veste hæc erant inscripta verba: IEO, ET TANTAM EFFICIAM STRAGEM, VT MEVS EQVVS IN SANGVINE LVTERANORVM INNAT ET. Hi omnes in vexillo mundum inter duas clauas habebāt. Contra hos certabant magna vi animi & spiritu homines prorsus inermes: nisi quod eorum bona pars, altera manu calamum, altera librum, hostium ictibus opponebat: pars puras manus, precantium ritu, ad montem quendam attollebat. Erant enim hæc copię circum montem quendam effusæ: in cuius vertice fixam & erectã vidi crucem celsissimam, ita vt cœlum ipsum capite videretur attingere: & in ea crucifixus Dei filius ille CHRISTVS IESVS. Et titulus ad crucis caput affixus, in hunc modum: HÆC EST VICTORIA QVAB VINCIT MVNDVM, FIDES NOSTRA. Hic erat atrox pugna, & nouum vincendi genus. Vidisses enim alios ab hostibus vinciri, atq; in tetros carceres includi; alios gladio trucidari, alios veneno tolli, alios in medijs flammis Dei & Christi laudes canere, alios in flumen vinctos immergi, alios ad triremes, alios in exilium relegari. Quibus rebus ita stupebant, itaq; indignabatur hostes, vt linguas suas dentibus morderent, & barbæ pilos velle

rent. Hæc erant in illa vasta columna, & alia multa: quæ quibus eloquar verbis, non reperio. Nam ibi nonnullos ex Papæ satellitibus, atque eius crudelitatis ministris agnoui, partim mortuos, partim adhuc in corporibus vitam agētes: quos si nominarem, totus stupefet orbis. Quidam tamen ex his ita suis flagitiis & sceleribus noti sunt, ut nihil sit opus eos nominare. Reliquos tacebo, ne odio potius ipsorum quam Reipub. Christianæ charitate, à me nominati videantur. Sed penè elogium huius columnæ præterieram, quod circa columnæ epistylum, huiusmodi erat: PAVLO TERTIO PONT. MAX. OB EIVS SINGVLARE IN CHRISTVM CHRISTIANOSQUE ODIVM, ATQUE OB REM ADVERSVS EOS FELICITER GESTAM, ID QVOD CARCERES, TRIREMES, FLVMINA, CINERES, EXILIA, CLADES, STRAGESQUE IN ITALIA, GALLIA, HISPANIA, ANGLIA, ET INVICTA GERMANIA TESTANTVR: ADEO VT ANTI-CHRISTI NOMEN IVRE OPTIMO MERITVS SIT: CAESARES, REGES, PRINCIPESQUE RELIQVI, DEINDE PONTIFICES, CARDINALES, EPISCOPI, CAETERIQUE ROMANAE SEDIS PROCERES ATQUE VNCTI OMNES, QUI HIC SVNT, HOC EX SOLIDO ADAMANTE ADMIRABILE AETERNVMQUE TROPHAEVM CONSECRAVERVNT. Interea dum maxima admiratione, & penè stupore, ob ea quæ & videbam, & lege.



legebam, teneor: monet me Genius, vt in eam campi partem oculos conuertam, vbi Regia Plutonis erat. Et ecce ministros video innumerabiles, quorum alij mensas & tripodes, alij mantilia & mappas, alij patinas & pocula, alij cultros ferebant. Et actutum collocatae fuerunt & paratae per totum campum mensae, & sedes appositae: & inter reliquas vna caeteris tum celsior, tum operosior, tum ornatior: quam pro basi, Lupa & Draco sustentabant. In ea collocata est Meretrix N. S. poculum aureum, cuius supra mentionem fecimus, ambabus manibus tenens. in quo poculo ipsa primam menstrui sui foeditate, deinde Demones omnes genitale semen mittebant. Ad eam proni accedebant Reges terrae, quibus illa post pedum oscula beatorum, poculum porrigebat amatorium. Bibebant illi: quo facto, omnes Reges cum ea nefando concubitu miscebantur. Verum vbi actus hic peractus fuit, accesserunt Plutonij ministri, & correptam Meretricem illam Babylonem, id est, Pont. Max. ad Ianienam (horrendum dictu) pertrahunt, laniant, in mensas ferunt, & accumbentibus Regibus apponunt. Illi carnibus meretricis Romanae vescuntur: & paulo post nausea correpti, frustra esculenta, vinum illud obscenum redolentia vomunt. Ex quibus (o rem miram) rursus coagmentatis, Pontificem vidi constari: quibus peractis, omnes a mensa, signum dante Dracolyco, surrexerunt. Duetaque est meretrix cum suis amatoribus & copiis extra urbem, ad stagnum quoddam, totum igni sul-

phureo accensum. Genius innuit, vt sequeremur: instare enim Tragœdiæ finem. Vbi eò ventum est, Meretrix, cum suis lenonibus, assentatoribus, & amatoribus, & copiis, in stagnū vt perpetuò ibi crucientur, præcipitantur. Hæc Pauli, Pontificis maximi, finis: hæc pars calicis eius, & impiorum omnium. Genius autem meus, vt in Ditis urbem reuenteremur, nō probauit: sed per arduum tramitem quendam ascēdens, monuit, ne vlllo pacto subsisterem, neue oculos retrò flecterem, quod si facerem, se extra culpam fore, nec quicquam præstare posse. In mentem reducerem, quid Lothi vxori, Genio non parenti, accidisset, cūm ex incendio Sodomano in montes proximos eūaderent. Parui, vnà ascendo, nisi quam oculos conuerto, vnum præeuntem ducem & oculis sequor, & passibus. Eo tramite peruenimus in eam viam, quæ ducit ad superos. Et ecce iam anteibat vnus ex Plutoniis ministris, qui septicipitem illam feram, quam inequitauerat Paulus, ducebat: super cuius dorso, vastum & ingens illud Poculum, quo poti omnes fuerāt Reges, erat collocatum, eadem meretricis obscœnitate plenum. Rogavi ego ducē meum, quid hoc fieret? Ille: Munera sunt, inquit, quæ Pauli successor, nouo Pontifici, à Plutone mittuntur: quarupedem feram, vt ea feratur: poculum, vt eo potu Principum sibi & populorum amorem, Pontificum aliorum more, conciliet. Sed enim vereor, ne non ea vis insit potioni, quæ fuit antè: cūm aliam potionem nōdum nossent

&amp;c

& CHRISTI poculum Pontificum operâ lateret. Nunc verò, cùm plerique suauissimum & salutarem Domini liquoré incipient gustare, pauciores ad meretricium poculum accedent. Fa-teor, inquam, Dux fidissime, vera esse quæ dicis. Nam non sola plebs, & docti quidâ hunc CHRIS-TI dulcissimû potum gustârunt, verûm etiam Principes : & quod longè est mirandum magis, Cardinales quidam & Episcopi. Scis Fregosium & G. Contarenum, Cardinales, & Ioan. Baptistam Vergerium, Polensem Episcopum, ob hanc causam à Paulo N. S. veneno fuisse sublato : Pe-trum verò Paulum, eius fratrem, Iustinopolita-num Pontificem in magnum vitæ discrimê ean-dem ob causam vocatum. Quem tamen CHRIS-TVS, quasi alterum Paulum ad multa Ecclesiæ suæ negotia & vocauit, & reseruauit. Nam vides quàm breui tempore, quàm præclara pietatis ediderit monumenta. Mihi enim in hoc potissimùm videtur à Domino hic vir excitatus, vt sit Italiæ nostræ Doctor, & lumê. Complures item alij sunt, quos hîc consultò prætereo. Ita prorsus est, vt dicis, inquit. Sed vidēsne iam nos ad urbē peruenisse? Video inquam : & me iam eius pi- get, & pudet. Est enim non iam Roma, sed Baby-lonia, & Christiani orbis dedecus. Ne dubita, inquit, P. Æsquille : breui tolletur hæc labe, & omnium malorum caput, Papatus iste Roma-nus : quo sublato, non Roma modò, sed & cun-cta Italia suam illam veterem recipiet & dignita-tem, & sanctitatem, CHRISTI QVÆ florebit

Ecclesia. Sed quando iam te incolunt domum reduxi, tua cum bona pace discedam: tu verò Publi, perge in officio tuo, & Principes admone sedulo, caueant ab huius scorti perniciosissimo poculo, & blanditiis, & cantu: si cupiūt se, suamque nauim, ad cuius gubernacula sedent, in salutis portum appellere. His dictis, discessit. Ego verò, mi Fori charissime, statim hæc tibi exarni, vt eorum, quæ gesta sunt, quæque gerantur, à me veritatem acciperes. Farnesius Cardinalis arcem S. Angeli, statim auo suo mortuo, occupauit. Cardinalium Collegium, ad nouum Pontificem creandum se comparat: magna fit ambiuentium concursatio. Principes nō dormiunt: quisque suam partē vrget, & vereor ne tres creentur vno tempore Pontifices: nisi Princeps aliquis potentior suffragia plurimorū ad suam flectat voluntatem. Quod si fiat, breui hæc bellus cadet. nam quō maior erit rerum omnium confusio & perturbatio, eō propior erit salus, & spes maior Reipublicæ Christianæ constituendæ. Interea dum inter se contendunt, & digladiantur, nos Halcyoniis hisce diebus diuino munere concessis fruamur. Mihi enim videris in urbem posse redire. Hoc enim ego tibi verè affirmo, in hac totius vrbis, ac potius orbis maxima lætitia, & exoptatissima Papæ Pauli morte, vnū ad cumulandum gaudium conspectum, ac potius complexum mihi tuū defuisse. Quem semel nactus, nunquam dimisero. Ac nisi etiam prætermittos fructus tuæ suauitatis præteriti temporis omnes exegero,

exegero, profectò tua ista in me beneuolentia  
me ipse nò satis dignum iudicabo. Vale Romæ,  
3. Idus Nouemb. M. D. XLIX.

## IV LII. III. IOANNES MARIA

*de Monte antè dicti, Epi-  
taphium.*

IO. MARIAE A MONTE, PORTE FOR-  
TVNA PAPATVM, QVEM NEQVE IPSE  
QVIDEM SPERARE VNQVAM AYSVS  
PVIT IN MAXIMA CARDINALIVM DIS-  
CORDIA CONSECVTO, QVOD SEX AN-  
NIS PLYS CHRISTIANI SANGVINIS  
PVDERIT, QVAM ALIVS VNQVAM AN-  
TICHRISTVS: FEX SACRIFICVLORVM,  
GREX EPISCOPORVM, ARMENTVM  
CARDINALIVM, GRATITVDINIS ERGO  
MONVMENTVM ÆTERNVM POS.

## Antithesis Christi &amp; Pontificis.

*Christus Regna fugit: sed vi Papa subiugat Vrbes.  
Spinosam Christus: triplicem gerit ille Coronam,  
Abluit ille pedes: Reges hic oscula præbent.  
Vestigal soluit: sed Clerum hic eximit omnem.  
Pauit oues Christus: luctum hic certatur inertem.  
Pauper erat Christus: auri hic ardore tabescit.  
Vendentes pepulit Templo: quos suscipit iste.  
Pace venit Christus: venit hic radiantibus armis.  
Christus mansuetus venit: venit ille superbus.  
Quas leges dedit hic: Præsul dissoluet iniquus.  
Ascendit Christus: descendit ad infera Præsul.*

vſitatisq; materiis. In altera, Camerinum dolo  
 malo (pulſa eius Principe foemina, ſingulari ſa-  
 pientia & religione prædita) capiebat: in altera  
 cernere licebat, quibus artibus collegium Car-  
 dinalium in ſuam ſententiã, de Placentia & Par-  
 ma petraſſet, facta permutatione Camerini  
 non ſui, in Parmam Placentiamq; non ſuas: quæ  
 res Petro Aloyſio filio, quem duabus illis clarif-  
 ſimis ciuitatibus dominum impoſuerat, meri-  
 tam mortem attulit. Et harum titulus vnus erat:  
**PAVLO TERTIO PONT. MAX. PRODIGI-  
 NIBVS INNUMERIS, ET MAXIMIS, CLAS-  
 RISS. IVDAS ISCARIOTES CVM ALIIS  
 PRODITORIBVS POSVERE.** In tertio cam-  
 pi capite, & latere, arcus erat ad cœli figuram ef-  
 formatus: ibi Planetæ ſeptem, & ſigna duode-  
 cim, illa aſtrogis notiſſima, & ſtellæ innume-  
 rabiles. Ibi erat Paulus, cum Dionyſio Seruita,  
 & Gaurico, & quibuſdam aliis: qui omnes fata  
 Pontificis, & ſuorum, in horoſcopis, in aſpecti-  
 bus, & ſiderum domiciliis inquirebant: in eõs  
 que tanto erant ſtupore attoniti, vt in inſaniam  
 incidiffè viderentur. Hic erat titulus: **PAVLO  
 PHRENESIO PONT. MAX. ASTROLOGO  
 MAGO, ET ARIOLO SYMMO, CHALDÆI  
 POSVERVNT.** In quarto campi angulo, & ca-  
 pite, erat fabrica quædam ex rubra cera compe-  
 cta: in qua mitrati multi, ac reliquis ſublimio-  
 res, & tanquam iudices, purpurati tres confide-  
 bant. Literis his locus, & cauſa notata erat. **S.S.  
 T.C. Sacroſancti Concilij cuiuſdam ſpeciem,**

& locus & confessus referebat: in quo vt literis quibusdam, quæ illic & legebantur & scribebantur, de opprimenda veritate, ac de Cæsare decipiendo, paucorum suffragiis agebatur. E' Concilio vidisses quosdam exhiberi, & discedere, quòd veritatem vel leuiter tueri, atque illorum peruersis consiliis obuiam ire ausi essent. Illic videbam non indoctum medicum quendam, sed meliorem astrologum, F. C. pecunia corrupti, vt non esse salubrem aërem patribus, sententia & scripto testaretur suo: vtiq; Cæsaris fraudem, Concilium aliò transferre iugeret, vbi & certiora, & liberiora, & plura pro sua tyrannide suffragia auferre, aut saltem protrahere ipsam Concilium posset. Ei medico, eruditè sanè contradicebat Alexander T. medicus non vulgaris, probabatq; cælum ibi, & alia omnia esse quàm salubria: nec in natura & loci indole quicquam esse, quod à Concilio illic celebrando absterre-re posse videretur. Et tamen contradicente Medico, & repugnante vehementer Cæsare, & corruptis & pedariis effectum est suffragiis, vt magna pars patrum B. discederet. Hic etiam arcus suo non carebat elogio. In eo enim hæc verba legebantur: PAVLO TERTIO, PONT. MAX. CONCILIORVM ET PUBLICAE PACIS PERTVRBATORI, XXX. PAPAE POSVERE. Ad medium Plutonium columna erat ex solido adamante. in qua satis mirari non potui, cum viderem. aduersus sanctos bella cruentasque pugnas ita elucere, vt geri tunc, nò imagini-

bus ostendi viderentur: sed nouo & inusitato pugnandi genere. Dux enim illic spectabantur certaminum formæ. Erant ouium mitissimarum greges stolis candidis amicti: in ouium autem capitibus erant aureæ coronæ, admirabili fulgore radiantés. Hi greges ducem habebant AGNVM, cui erant cornua septem, ac totidem oculi. Ex altera parte lupi rapaces, lupi quidem, verum non omnes vno ornatu. nam alij rubro pileo caput tegebant, alij mitra bifida, alij cucullo, eoque vario: alij alio modo. Vnus verò inter eos erat eminentior, is in capite triplicem coronam gestabat, quæ nihil profus à summi Pontificis mitra & Regno differebat. Pallio omnes quodam utebantur: alij purpureo, alij violaceo, alij nigro, cinericio alij, alij albo. Genus pugnandi hoc erat: Irrumpebant in gregem diuersis ex locis lupi: singuli aliquam ouem torripiebant, raptabant, eamque vorabant. Pavidæ oues nihil aliud agere, quàm seipsas interdum vnâ constringere, interdum diffugere, & capitibus in cælum subleuatis, miserè balare, atque in Agnum ipsum respicere. Solus agnus hasta quadam, crucis instar, pugnare: lupos sæpe ita fugare, itaque persequi, vt eos cogeret in proximum quoddam barathrum præcipites ruere. Alterum bellum istum hunc modum gerebatur. Non procul hinc erant armatorum legiones & copiæ, similes iis omnibus quas supra dixi, obuiam Petro Aloysio præcessisse: nisi quod omnes illæ copiæ Paulum tantum summum Ducem & Imperatorem habere

vide



videbantur. Horum alij districtos gladios, alij faces accensas, alij pocula atris mista venenis contrà ferebant. Qui gladiis, & vsitatis armis pugnabât, eos ducebat Cardinalis quidam, Pontificis Legatus, iuuenis, & inanes spirans glorias: in cuius veste hæc erant inscripta verba: **IBO, ET TANTAM EFFICIAM STRAGEM, VT MEVS EQVVS IN SANGVINE LVTERANORVM INNATET.** Hi omnes in vexillo mundum inter duas clauas habebât. Contra hos certabant magna vi animi & spiritu homines prorsus inermes: nisi quòd eorum bona pars, altera manu calamum, altera librum, hostium ictibus opponebat: pars puras manus, precantium ritu, ad montem quendam attollebat. Erant enim hæc copię circum mōtem quendam effusæ: in cuius vertice fixam & erectâ vidi crucem celsissimam, ita vt cœlum ipsum capite videretur attingere: & in ea crucifixus Dei filius ille **CHRISTVS IESVS.** Et titulus ad crucis caput affixus, in hunc modum: **HÆC EST VICTORIA QVAB VINCIT MVNDVM, FIDES NOSTRA.** Hic erat atrox pugna, & nouum vincendi genus. Vidisses enim alios ab hostibus vinciri, atq; in tetros carceres includi: alios gladio trucidari, alios veneno tolli, alios in medijs flammis Dei & Christi laudes canere, alios in flumen vinctos immergi, alios ad triremes, alios in exilium relegari. Quibus rebus ita stupebant, itaq; indignabâtur hostes, vt linguas suas dentibus morderent, & barbæ pilos velle

rent. Hæc erant in illa vasta columna, & alia multa: quæ quibus eloquar verbis, non reperio. Nam ibi nonnullos ex Papæ satellitibus, atque eius crudelitatis ministris agnoui, partim mortuos, partim adhuc in corporibus vitam agētes: quos si nominarem, totus stupefet orbis. Quidam tamen ex his ita suis flagitiis & sceleribus noti sunt, ut nihil sit opus eos nominare. Reliquos tacebo, ne odio potius ipsorum quam Reipub. Christianæ charitate, à me nominati videantur. Sed penè elogium huius columnæ præterieram, quod circa columnæ epistylum, huiusmodi erat: PAVLO TERTIO PONT. MAX. OB BIVS SINGVLARE IN CHRISTVM CHRISTIANOS'QVE ODIVM, ATQVE OB REM ADVERSVS EOS FELICITER GESTAM, ID QVOD CARCERES, TRIREMES, FLYMINA, CINERES, EXILIA, CLADES, STRAGES'QVE IN ITALIA, GALLIA, HISPANIA, ANGLIA, ET INVICTA GERMANIA TESTANTVR: ADEO VT ANTI-CHRISTI NOMEN IVRE OPTIMO MERITVS SIT: CAESARES, REGES, PRINCIPES'QVE RELIQVI, DEINDE PONTIFICES, CARDINALES, EPISCOPI, CAETERI'QVE ROMANAE SEDIS PROCERES ATQVE VNCTI OMNES, QUI HIC SVNT, HOC EX SOLIDO ADAMANTE ADMIRABILE AETERNVM'QVE TROPHAEVM CONSECRAVERVNT. Interea dum maxima admiratione, & penè stupore, ob ea quæ & videbam, & lege.

legebam, teneor: monet me Genius, vt in eam campi partem oculos conuertam, vbi Regia Plutonis erat. Et ecce ministros video innumerabiles, quorum alij mensas & tripodes, alij mantilia & mappas, alij patinas & pocula, alij cultros ferebant. Et actutum collocatae fuerunt & paratae per totum campum mensae, & sedes appositae: & inter reliquas vna caeteris tum celsior, tum operosior, tum ornatior: quam pro basi, Lupa & Draco sustentabant. In ea collocata est Meretrix N. S. poculum aureum, cuius supra mentionem fecimus, ambabus manibus tenens. in quo poculo ipsa primam menstrui sui foeditate, deinde Daemones omnes genitale semen emittebant. Ad eam prona accedebant Reges terrae, quibus illa post pedum oscula beatorum, poculum porrigebat amatorium. Bibebant illi: quo facto, omnes Reges cum ea nefando concubitu miscebantur. Verum vbi actus hic peractus fuit, accesserunt Plutonij ministri, & correptam Meretricem illam Babylonem, id est, Pont. Max. ad Ianienam (horrendum dictu) pertrahunt, laniant, in mensas ferunt, & accumbentibus Regibus apponunt. Illi carnibus meretricis Romanae vescuntur: & paulo post nausea correpti, frustra esculenta, vinum illud obscenum redolentia vomunt. Ex quibus (o rem miram) rursus coagmentatis, Pontificem vidi constari: quibus peractis, omnes a mensa, signum dante Dracolyco, surrexerunt. Ductaque est meretrix cum suis amatoribus & copiis extra urbem, ad stagnum quoddam, totum igni sul-

phureo accensum. Genius innuit, vt sequeremur: instare enim Tragœdiæ finem. Vbi eò ventum est, Meretrix, cum suis lenonibus, assentatoribus, & amatoribus, & copiis, in stagnū vt perpetuò ibi crucientur, præcipitantur. Hæc Pauli, Pontificis maximi, finis: hæc pars calicis eius, & impiorum omnium. Genius autem meus, vt in Ditis urbem reuenteremur, nō probauit: sed per arduum tramitem quendam ascēdens, monuit, ne vlllo pacto subsisterem, neue oculos retrò flecterem, quod si facerem, se extra culpam fore, nec quicquam præstare posse. In mentem reducerem, quid Lothi vxori, Genio non parenti, accidisset, cūm ex incendio Sodomano in montes proximos eūaderent. Parui, vnā ascendo, nusquam oculos conuerto, vnum præeuntem ducem & oculis sequor, & passibus. Eo tramite peruenimus in eam viam, quæ ducit ad superos. Et ecce iam anteibat vnus ex Plutoniis ministris, qui septicipitem illam feram, quam inequitauerat Paulus, ducebat: super cuius dorso, vastum & ingens illud Poculum, quo poti omnes fuerāt Reges, erat collocatum, eadem meretricis obscœnitate plenum. Rogavi ego ducē meum, quid hoc fieret? Ille: Munera sunt, inquit, quæ Pauli successor, nouo Pontifici, à Plutone mittuntur: quarupedem feram, vt ea feratur: poculum, vt eo potu Principum sibi & populorum amorem, Pontificum aliorum more, conciliet. Sed enim vereor, ne non ea vis insit potioni, quæ fuit antè: cūm aliam potionem nōdum nossent

&

& CHRIS TI poculum Pontificum operâ lateret. Nunc verò, cùm plerique suauissimum & salutarem Domini liquoré incipient gustare, pauciores ad meretricium poculum accedent. Fateor, inquam, Dux fidissime, vera esse quæ dicis. Nam non sola plebs, & docti quidâ hunc CHRIS TI dulcissimû potum gustârunt, verùm etiam Principes : & quod longè est mirandum magis, Cardinales quidam & Episcopi. Scis Fregosium & G. Contarenum, Cardinales, & Ioan. Baptistam Vergerium, Polensem Episcopum, ob hanc causam à Paulo N. S. veneno fuisse sublato : Petrum verò Paulum, eius fratrem, Iustinopolitanum Pontificem in magnum vitæ discrimè eandem ob causam vocatum. Quem tamen CHRIS TIVS, quasi alterum Paulum ad multa Ecclesiæ suæ negotia & vocauit, & reseruauit. Nam vides quàm breui tempore, quàm præclara pietatis ediderit monumenta. Mihi enim in hoc potissimum videtur à Domino hic vir excitatus, vt sit Italiæ nostræ Doctor, & lumè. Complures item alij sunt, quos hîc consultò prætereo. Ita profus est, vt dicis, inquit. Sed vidésne iam nos ad vrbe peruenisse? Video inquam : & me iam eius piget, & pudet. Est enim non iam Roma, sed Babylonia, & Christiani orbis dedecus. Ne dubita, inquit, P. Æsquille : breui tolletur hæc labe, & omnium malorum caput, Papatus iste Romanus : quo sublato, non Roma modò, sed & cuncta Italia suam illam veterem recipiet & dignitatem, & sanctitatem, CHRIS TI QV B florebit

Ecclesia. Sed quando iam te incolunt domum  
 reduxi, tua cum bona pace discedam: tu verò  
 Publi, perge in officio tuo, & Principes admone  
 sedulo, caueant ab huius scorti perniciosissimo  
 poculo, & blanditiis, & cantu: si cupiūt se, suam  
 que nauim, ad cuius gubernacula sedent, in salu  
 tis portum appellere. His dictis, discessit. Ego  
 verò, mi Fori charissime, statim hæc tibi exara  
 ni, vt eorum, quæ gesta sunt, quæque gerantur,  
 à me veritatem acciperes. Farnesius Cardinalis  
 arcem S. Angeli, statim auo suo mortuo, occupa  
 uit. Cardinalium Collegium, ad nouum Pon  
 tificem creandum se comparat: magna fit am  
 bieptium concursatio. Principes nō dormiunt:  
 quisque suam partē vrget, & vereor ne tres creen  
 tur vno tempore Pontifices: nisi Princeps ali  
 quis potentior suffragia plurimorū ad suam fies  
 etat voluntatem. Quod si fiat, breui hæc bellua  
 cadet. nam quò maior erit rerum omnium cons  
 fusio & perturbatio, eò propior erit salus, & spes  
 maior Reipublicæ Christianæ constituendæ. In  
 terea dum inter se contendunt, & digladiantur,  
 nos Halcyoniis hisce diebus diuino munere cō  
 cessis fruamur. Mihi enim videris in urbem pos  
 se redire. Hoc enim ego tibi verè affirmo, in hæc  
 totius vrbis, ac potius orbis maxima lætitia, &  
 exoptatissima Papæ Pauli morte, vnū ad cumu  
 landum gaudium conspectum, ac potius com  
 plexum mihi tuū defuisse. Quem semel nactus,  
 nunquam dimisero. Ac nisi etiam prætermittos  
 fructus tuæ suauitatis præteriti temporis omnes  
 exegero,

exegero, profectio tua ista in me beneuolentia  
me ipse no satis dignum iudicabo. Vale Romæ,  
Idus Nouemb. M. D. XLIX.

IV LII. III. IOANNES MARIA

de Monte antè dicti, Epi-  
taphium.

IO. MARIAE A MONTE, PORTE FOR-  
TVNA PAPATVM, QVEM NEQVE IPSE  
QVIDEM SPERARE VNQVAM AYSVS  
FVIT IN MAXIMA CARDINALIVM DIS-  
CORDIA CONSECVTO, QVOD SEX AN-  
NIS PLYS CHRISTIANI SANGVINIS  
FVDERIT, QVAM ALIVS VNQVAM AN-  
TICHRISTVS: FEX SACRIFICVLORVM,  
GREX EPISCOPORVM, ARMENTVM  
CARDINALIVM, GRATITVDINIS ERGO  
MONVMENTVM ÆTERNVM POS.

Antithesis Christi & Pontificis.

*Christus Regna fugit: sed vi Papa subiugat Vrbes.*  
*Spinosam Christus: triplicem gerit ille Coronam,*  
*Abluit ille pedes: Reges hic oscula præbent.*  
*Vestigal soluit: sed Clerum hic eximit omnem.*  
*Pauit oues Christus: luctum hic certatur inertem.*  
*Pauper erat Christus: auri hic ardore tabescit.*  
*Vendentes pepulit Templo: quos suscipit iste.*  
*Pace venit Christus: venit hic radiantibus armis.*  
*Christus mansuetus venit: venit ille superbus.*  
*Quas leges dedit hic: Præsul dissoluet iniquus.*  
*Ascendit Christus: descendit ad infera Præsul.*

## Lusus Ilostrophus in Monachos:

*A*ssiduus labor est Monachis, nunc dogmata Christi  
 Spargere, nec fallax hos agit impietas.  
*S*iderei modò iam defendunt flumina verbi  
 Limpida, nec fontes, vt priùs, inficiunt.  
*P*ieridum propè grex conatur culmina rasus  
 Scandere, nec regnat plus ibi barbaries:  
*A*rbitrium ad pacis Clerorum pragmata spectans  
 Singula, nec turbat lis fera Sacrificos.  
*I*nnocuis, decet vt, parcunt, nec sanguine veros  
 Plectere consuèrunt plebs sacra Christicolas.  
*F*eminei pede cum protrudunt turpia sexus  
 Gaudia, nec violans ius graue connubij.  
*V*itiferi quoq, nunc detrectant spumea Bacchi.  
 Pocula, nec petulans hos regit inglauias.  
*D*elicias proba gens facilis sunt nomine Christi,  
 Spernere, nec curat gens proba diuitias.  
*E*meritis simul hi dispensant munera gratis  
 Cœlica, nec precio iam sacra distribuunt.  
*R*elligio sacra non venter sic degere claustrij  
 Tegmine, vos cogit meus pia, nec mala fraus.  
*S*implicitas proba vos decorat, nec lubrica mundi  
 Gloria, seu vexat fastus & ambitio.  
*S*acrificos citò sic remanent vos lucida cœli  
 Sidera, nec baratri styx nigra Tartarei.

## In Sacerdotum luxum CORN. CELT.

*N*ulla Sacerdotum lux nunc casta puella est,  
 Causas criminibus sunt sacra templa suis.  
*N*am plures totum non congrederentur in anuum,  
 Illis colloquium dat modo sacra domus.

Hæc



Hac tractant fœdas turpi cum murmure merces,  
 Ceu solet in medio turba profana fore.  
 Iuppiter hoc poteris sacras audire per aras,  
 Et non fulmine à concutere arma manus?  
 Sed rudibus populis illudunt nomine cœli.  
 Excusatq; sacros culpa tacenda viros.  
 Vtq; deæ quondam fuerant simulacra silentis,  
 Quæ pressit digitis muta labella suis:  
 Hæc modò sacrorum cohibet reticere virorum  
 Delicta, in cœlum dicere verba vetans.  
 Gregorius primi Friderici tempore regni,  
 O quantum incauti pectoris egit opus!  
 Ille sacris vetuit cœlebs connubia lectis,  
 Liberior vitiis vt sacra vita foret.  
 Nullus enim pudor est, teneras violare puellas,  
 Et neq; legitimas sollicitare faces.  
 Quiq; vno quondam fuerat contentus amore,  
 Ille modò plures ritè fouere potest.  
 Inde Pater sanctus numerosâ prole beatur,  
 Legitimens nummis pignora spurca suis.  
 Pignora, quæ luxus semperq; superbia patris,  
 Et sacræ matris sæua libido coquit.  
 Cumq; Dei soboles pater est, sese ille nepotens  
 Prædicat, & summi progeniem esse Iouis.  
 Quodq; magis turpe est, sacratæ filius ædis  
 Laudes à stupris gessit habere suis.  
 Illorum nihil est quia penè salacius orbe,  
 Et gula, quæ nullis est satiata cibus.  
 Plena mea his patria est, & plenus Rhenus & Ister,  
 Vistula, & Arctoi littora curua maris,  
 O sacer, & magno es nummus venerandus amore,

*Quo dace legitimus spurius esse potest.  
 Iulia lex rasa est, nostro dum tempore quisquis  
 Quisquis natus adulterio, nobilis esse potest.  
 Sit quamuis cunctis in legibus omnia Caesar,  
 Debuit hoc saltem non licuisse sibi.*

### In Monachos.

*Incurui cervicium cucullatorum habet  
 Grex id subinde in ore, se esse mortuum  
 Munda: tamen edit eximie pecus, bibit  
 Non pessime, stertit sepultum crapulâ:<sup>3</sup>  
 Operam Veneri dat, & volutatum affecla  
 Est omnium. Idne est mortuum esse mundo? aliter  
 Interpretare: Mortui sunt hercule  
 Mundo cucullati, quòd iners terra sint onus,  
 Ad rem vitiles nullam, nisi ad scelus & vitium.*

### De Monachis.

*Sed qui nos damnant, histriones sunt maximi:  
 Nam Curios simulant, viuunt Bacchanalia:  
 Hi sunt præcipue qui am clamosi, leues,  
 Cucullati, lignipedes, cincti funibus,  
 Superciliosum, incuruicervicium pecus.  
 Qui quòd ab alijs habitu & cultu dissentiunt,  
 Tristesq; vultu vendunt sanctimonias,  
 Censuram sibi quandam & tyrannidem occupant,  
 Pavidamq; plebem territant minacis.*

### Ad EUROPA M à Monachis subactam.

*Iuppiter Europam, vera est si fabula, tauri  
 Lusit mentitâ callidus effigie.*

Quo

Quam Monachi falsa sub imagine simplicis agni,  
 Quid pudor, hæc non est fabula, nunc subigunt.

Ad eandem.

Opusca Sacerdotum meretrix Europa puella,  
 Inchyta quæ fueras vnius antè Iouis:  
 Dic precor, effigies vbi prisca? vbi candida vestis?  
 Cur luxata modò, cur ita senta iaces?

EVROPA respondet.

Nonne vides, qui me grex stipat? hic oris honorem  
 Abstulit, & dotes, quas Deus antè dedit.  
 Felices Asia terras, Libyesq; procorum  
 Turba quibus non tam flagitiosa nocet.

Monachi.

Pene, manna, linguâ, Monachi mundi omnia fædant,  
 In mundo meritò sese habitare negant.

De Monachis S. Antonij.

Diceris, Antoni, porcos pauisse subulcus  
 Vnius, adhuc Monachos lumine cassus alis.  
 Par stupor ingenij est, ventrisq; abdomen vtrisque,  
 Sorde pari gaudent ingluuitq; pari.  
 Nec minus hoc mutum pecus est brutumq; suillo,  
 Nec minus inspidum, nec minus illepidum.  
 Cetera conueniunt, sed non leuis error in vno est.  
 Debuisset Monachis glans cibus esse tuus.



DE TEMPORE, ET INVENTIO-  
ribus rerum Ecclesiasticarum, ac traditio-  
num humanarum, & aliarum histo-  
riarum, iuxta seriem  
Alphabeti.



## CAPVT VIII.

A

**A**NGLI fidem Christianam recipiunt sub E-  
leutherio.

Armenia fidem recipit sub Leone III. Ponti-  
fice.

Austriæ Ducatus cœpit sub Friderico L. 1152.

Anthropomorphitarum hæresis sub Ioanne II.  
930.

Alchoranum Mahomet finxit cœlitus ad semis-  
sum, 606.

Apis primùm in Ægypto Deus putatus, anto  
2128. post mortem Abraham.

Altaria erigenda esse decernunt Sixtus II. Vigi-  
lius, Gregorius VII. Felix I. Hormisda. Hoc  
ab Ethnicis sumptum.

Adorationem Crucis Gregorius I. instituit.

Alleluia à Septuagesima vsq; ad Pascha suspen-  
di præcepit Alexander II.

ad Angelicam salutationē ter in die pulsari Ioan-  
nes XXIII. præcepit.

Animarum festum ab Odilone Abbate Clunia-  
censi excogitatum.

Apost.

Apostolorum caluarias cum aliis Sanctorum reliquiis circumferri, & ostendi iussit Stephanus II.

Arij hæresis sub Syluestro I.

Artemonitæ, qui sacras Scripturas per Aristotelem & Theophrastum exponebant, nostrorū Sophistarum more, sub Seuerino.

Ayla 24. furibus & latronibus concessa à Bonifacio V.

Aues alere interdictū Sacrificulis & Monachis à Leone IX. & Eugenio I.

Azimum panē in Missa haberi decretum à Clemente III. vel, vt alij, ab Alexandro.

Aquæ consecrationem quidam Sixto, quidam Alexandro I. tribuunt. *dist. 3. de consecr.*

Aquam spargere, super mortuorum corpora ab ethnico ritu desumptum. Lege Ausonium in Epigram. in tumulum hominis felicitis. & Virgilium lib. 5.

Aquā vino in Missa misceri ab Ethnicis desumptum. Lege Plinium in 7. Hoc Alexandro & quidam tribuunt. Lege *de consecr. dist. 2. can. scriptura. in gloss. can. sicut.*

Alites, equos, & scorta ne Prælati nutrent, Gregorius IV. præcepit.

Altaria tegenda esse Syluester I. præcepit.

Angelus apud Hadriani molem fulmine deictus, Hadriani VI. tempore.

Annatas, seu vectigal prædiorū Sacerdotalium parandi auxiliij fisco aduersus infideles Urbanus VI. instituit.

Antiphonas & alias Gentilium ceremonias Gregorius I. instituit.

Apparatus Decretalium scripsit Innocētius IV. Aurum & argentum gestare Clericis Gregorius IV. interdixit.

Annua sacra Felix & Gregorius.

Anachoreticæ vitæ primus fundamēta iecit Paulus Thebeus.

Anniuersarias demortuorum exequias Odi-  
lon.

Altare Domino Noe primum fecit.

Alterni cantus in Templis institutor Flavianus  
Episcopus Antiochenus.

Anabaptistæ & Sacramētarij exorti anno 1527.

Audeana hæresis in Celosyria 343.

B

Benedictio frugum, vini, fabæ, Eutichiano au-  
tore coepit.

Benedictio cereorū à Sozino in sabbato illo san-  
cto. Hoc idem & Theodorus Lapprobavit.

vt Baptizatus ab Episcopo chrismate confirma-  
retur Clemens I. instituit, & Syluester.

vt generale Baptisma nō nisi sabbato sancto Pa-  
schæ, & Pentecostes celebretur, Syricius in-  
stituit. *dist. 4. de consecras. can. non ratione.* Ita &  
Victor.

in Baptismo susceptores esse debere Gregorius,  
Higinus Atheniensis instituit.

Bigamiæ Sacerdotum prohibitio ab ethnico ri-  
tu desumpta est: nam, teste Servio, à Sacerdo-  
tio bigami repellbantur. *Introduxit hunc ri-*

tum

ram in Ecclesiam Syricius qui bigamum admissum ad Sacerdotium, deponendum esse censuit. de quo lege *dist. 22. c. 16. lege & Platinam* in vita Syricij.

Baptizare Monachis Gregorius I. prohibuit. *Lege caus. 16. quest. 1.*

Beneficia ecclesiastica à laicis dari, pro simonia. ca hæresi decernitur à Leone I X.

Beneficiorum collationes ad Pontificem pertinere, Benedictus XII. instituit.

Bireta coccinea Romæ nisi Cardinalibus interdixit Paulus II.

Britannia Christi fidem ab Eleutherio edocta.

Butyri, carnis, casei, lactis, ac ouorum vsam ieiunantibus interdixit Gregorius I. ac pisciculis solum vesci permisit.

Beneficiorum ecclesiasticorum primi anni proventus Pontificio Fisco deputati à Bonifacio I X.

Bubo Pontifici Romano Ioanni XXI. in synodo accinit.

Biblia transferuntur ex Hebræo, in peregrinam linguam Ptolemæo Philadelpho Rege Ægypti, post Alexandrum Magnum.

Barbam & comam ne Sacrificali nutrent, Anacletus.

Bulla aurea à Cæsare in Comitjjs Norimbergæ Germanis instituitur, anno 1357.

Bibliotheca S. Petri restituta à Zacharia I.

## C

Cardinalium nomen cum dignitate in vsu esse

cepit anno 1025. initio enim tantum Paro-  
chi erant.

Cardinales rubro galero vti Innocentius I V.  
instituit.

Cardinalium agmen Gelasius inuexit 494.

Clericum à Laico in ius vocari vetuit Clemés I.  
Aleksander I. Fabianus, Iulius I.

Clericum percutiens, anathemate percutitur ab  
Innocentio II.

Clericos tantum quater in anno, idque die sab-  
bathi ad sacra admittendos, Gelasius I. in-  
stituit.

Clerici ne canes, vel aues alerét ad venationem  
Leo IX. præcepit.

à Clericis neq comam nec barbam nutriri voluit  
Anicetus, vel, vt alij Anacletus.

Capitis verticem spherulæ instar radendum Sae-  
cerdotibus præcepit Anicetus.

Clerici ne aureis & argenteis baltheis vterétur,  
ne gemmas in digitis gestarét, Gregorius IV.  
prohibuit.

Clericorum gradus instituit Higijs, Caius, Sy-  
ricius.

Clerici ne in publico bibant Sozinus instituit.  
ne serui in Clerum recipiantur Bonifacius I. in-  
stituit.

Clerici ne cum mulieribus habitét Simmachus  
instituit.

Clerum à populo diuidi in sacris Bonifacius II.  
præcepit.

ne Clerici belligerentur Nicolaus I.

Cœlibas



**Cœlibatum Sacerdotum Gregorius I. Pelagius II. Syricius, Gregorius VII. instituerunt.**

**ne quisquã Clericus minus triginta annis Presbyter fieret. Bonifacius I. instituit. *Legè dist. 23. quarti. caus. 20. quæst. 2. placuit. Item dist. 72. & 78.***

**Clero tributi Principibus dandi immunitas à Bonifacio IX. concessa.**

**Clericum percutientem à nemine, nisi Papa absolui posse, Innocentius II. instituit.**

**Clericos secularibus commerciis occupatos, & sumptuosis vestibus ornatos, puniendos esse Clemens V. præcepit.**

**Clericorum domos prope Templum extruendas esse Leo IX. præcepit.**

**de Clericorum vita iudicare prohibuit Nicolaus I.**

**Corporale ex lineo panno fieri Sixtus præcepit.**

**Chryisma sanctum Fabianus & Sylvester instituerunt.**

**Commemoratio mortuorum à Felice I. instituitur.**

**Campanarum pulsus Sabianus instituit.**

**Cantus & organa Vitalianus.**

**Cantus Psalmorum & Hymnorum à Leone I I. & Damaso.**

**Communicandum ter in anno Fabianus, semel tantum in anno Innocentius III.**

**Confirmationem cum chrysmate fieri debere Urbanus I. instituit.**

**Confessionem auricularem Innocentius III. instituit.**

**Chryſma vt ſingulis annis renouetur Fabianus  
inſtituit.**

**Compatres in Baptiſmo Higinus I. inſtituit.**

**Ciborum delectū præcepit Gregorius I. & Gre-  
gorius VII.**

**Candelas ac lampades accenſas in Eccleſia Sa-  
binianus inſtituit.**

**Calices vitreos pro ligneis Seuerinus: Vrbanus  
pro vitreis aureos ac argenteos ordinauit.**

**Campanis baptiſatis propria dari nomina Be-  
nedictus V. præcepit.**

**Canon Miſſæ à Gregorio I. confarcinatus.**

**Canonicas horas ſepties in die murmurari Pel-  
gius I. præcepit.**

**Canonizationes mortuorū à ſolo Papa eſſe de-  
bere Alexander III. decreuit.**

**Cinerum conſecrationem Gregorius I. inſtituit.**

**Cœmiteria Martyribus inſtituta à Fabiano.**

**Cœmiteriorum libertas confirmata à Ioāne IX.**

**Communio ſub vtraq; ſpecie approbata ab Eu-  
genio IV.**

**Concubinarij damnati ab Eugenio IV. & Inno-  
centio III.**

**Carnium eſu à Gregorio VII. Chriſtianis ſab-  
batis tantū, Monachis verò cunctis diebus  
interdictum. *Lege diſt. 5. de conſecr. can. carnem.  
vide & gloſſ.***

**Concilium Mantuæ de bello Turcis inferendo  
celebratur 1458.**

**Concilium Florentinum Purgatorium confir-  
mauit 1441.**

**Cercis**

**Cereis accensis imagines diuorum colere ab Ethnicis sumptum. Lege Baruch 6. & Dionysium Halicarnassæum in 1. Annal. Rom. qui & oraculum refert, in quo erat:**

*Et capita inferno, & patri transmittite lumen.*

**Campanorum pulsu horę distingui cęptę, propter officia ecclesiastica Sabiniani tempore.**

**Candelarum festum Vigilius instituit.**

**Clauorum & lanceę Christi festum ab Innocentio VI. instituitur.**

**Circuitiones in Ecclesiis Honorius primus instituit.**

**Cibeles Deorum matris loco diuę Virgini consecratum Templum, quod Panteon dicebatur, à Bonifacio IV. vt ibi primum Cibeles cum Diis suis, ibi Maria mater Christi cum Martyribus sanctis coleretur. Horrenda certę mutatio cum Pauli doctrina ex diametro pugnans.**

**Crucis inuētio à Iuda, qui post Baptismum Cyriacus dictus est, sub Eusebio refertur, ab aliis sub Syluestro.**

**Cruх honorari cępit Constantini tempore.**

**Cumani recipiunt fidem Christi circa annum 1340.**

**Carmelitę ab Alberto Hierosolymitano Patriarcha in monte Carmelo instituti 1218.**

**Cruciferorum Ordines quatuor ex Hierosolymis duxerunt originem: videlicet Ordo Canonicorum Sepulchri Dominici: Ordo militię Sancti Ioannis: Ordo Templariorum: &**

**Ordo Teuthonicorum**: & hi deferunt in veste Clericali rubeam de serico crucem duplicem, & viuunt sub regula, vt vocant, Augustini.

**Clemens V.** nouum Ordinem militum instituit, qui militantes sub Christo dicerentur, qui Saracenis Beticam & Africam incolentibus resisterent.

## D

**Dalmatæ** temporibus Nicolai I. ad fidem conuerfi.

**Decimæ Sacerdotibus** datæ sub Paschali II.

**Decretum Gratiani** editum 1150.

**Dedicatio Templi** cum solenni ceremonia ab Higinio & Felice II.

**Dalmaticam cappam**, &c. Syluester instituit.

**Degradationes Bonifacius II X.** inuenit.

**Dierum ethnica nomina** in ferias commutata à Syluestro I.

**Dominicani** ab Honorio III. approbati.

**Decretis Pontificum** autoritatem Apostolicam tradidit Nicolaus I.

## E

**ad Ecclesias confugientes** non esse extrahendos Bonifacius V. instituit.

**vt Episcopi carcerem haberent** ad puniendum Clericos Eugenius I. instituit.

**Ecclesia prima possessio**, sub Urbano II.

**Ecclesia argentea** sub Innocentio II X.

**Ecclesiæ Orientalis** ab Occidentali seiunctio tempore Zachariæ.

**Ecclesiæ**

**Ecclesiæ violatores non nisi à Papa absolui posse, Celestinus instituit.**

**Ecclesiarum omnium primam Romanam dixit Simplicius, ante Felicem III. Pontifex.**

**Episcopi vniuersalis appellatio prohibita à Gregorio I.**

**Episcoporum interstitura Imperatori adempta per Calixtum II.**

**Episcopus ne inuitus deligatur, Simplicius.**

**Episcopis non licere Ecclesiæ bona in proprios vsus conuertere Eugenius I. præcepit.**

**Eucharistiæ ad ægrotos portandæ lumen, Honorius III.**

**Eucharistiæ eleuationi tintinnabulum additum à Gregorio IX.**

**In Eucharistiæ eleuatione genu flexiones exigi cœptæ, ab Honorio III.**

**Eucharistiæ panis adorari cœptus sub Innocentio IIII.**

**Eucharisticū panem in templis asseruari. Item, tintinnabulum cum lumine præcedere, quando ad ægrotos portaretur Innocentius III. & Honorius III. statuerunt.**

**Excommunicatis à Papa fidem seruari interdictum ab Urbano II.**

**Eucharistia à Monacho intoxicata peremptus Imperator Henricus Clementis V. tempore.**

**Ecclesias Parochianas, Dionysius.**

## F

**Funus prosequi, sub Benedicto III.**

**Festorum tot genera ab Ethnicis accepta. Lege Plutarchum.**

Flagellatorum festam diplomate damnauit Clemens VI.

Franciscus, Dominicus, Antonius de Padua à Gregorio IX. in diuos relati.

De Francisci stigmatibus Bullæ à Pontifice Alexandro V. editæ, & eorum festum institutum.

Franciscani orti anno 1207.

Franciscanorum regulam Clemens V. declarauit denuò, & confirmauit.

Furum in locis sacris alendorum potestas concessa à Bonifacio V.

Festa Sanctorum, Gregorius IV. Leo IV. vt Assumptionis, Innocentius I. vt Natiuitatis Mariæ, Urbanus IV. vt corporis Christi, Ioannes XIX. Syluester I. rogatu Constantini Imperatoris. vt Petri Apostoli, Gregorius V. rogante Ludouico Cal. Nouembr. vt festum omnium Sanctorum, Gregorius I. vt festum Purificationis cereis illustratū, & Palmarum diem, &c. instituunt. *Lege de consecrat. dist. 3. can. pronunciandū. De Conceptione Mariæ & eius festo contetio tempore Clementis VII. Lege de consecr. dist. 3. can. pronanciandum. in gloss. Item dist. 4. can. per Baptismum. in gl. Item in extra. nag. lib. 3. de reliquiis, & Veneratione Sanctorū. cap. 1. & 2. ex Sixto IV.*

Festum exaltationis Crucis, tempore Heraclij Imperatoris.

Festa Bartholomæi, Sebastiani, atque Gregorij celebrari præcepit Gregorius IV.

Fiscum in templo Innocentius III. instituit.

Frisia

Frisia & Westphalia fidem recipiunt tempore Gregorij II.

## G

Germani fidem recipiunt, sub Gregorio II.  
 Glossa ordinaria Alcuino præceptorum Caroli assignatur sub Leone III.  
 Gratianus Monachus autor Decretorum, sub Honorio II.  
 Galerum Cardinalitium, eicunq; vult, nomen Pontificem donare posse Iulius III. instituit.  
 Graduale, Introitum, Responsorium, Tractum, & Offertorium Celestinus Campanus instituit.  
 Gradualia, Hymnos, Præfationes, Collectas & Orationes Gelasius Afer præscripsit.  
 Gladiū vtrumq; sibi arrogat Bonifacius VIII. anno 1295.

## H

Hæreticos per impositionem manus recipiendos Siricius & Pelagius I. instituunt.  
 Hieronymus translationē approbavit Damasus.  
 Hieronymitarum sectam approbavit Gregorius XII.  
 Homicidas & sacrilegos non ordinandos esse in Sacerdotes, Ioannes IX. instituit.  
 Homicidarum in sacris locis alendorum potestas concessa à Bonifacio V.  
 Horæ Canonicæ latinè vt fierent Vitalianus instituit.  
 Hostiam Missæ in tres partes diuidi institutum à Sergio II.  
 Hungari cum Rege suo Stephano Christi, imò

Papæ instituta amplectuntur 969.

Hæreticum desecrandum & comburendum statuit Lucius III.

Heremitæ orti circa annum 1250.

## I

Imaginum vsus in Templis Christianorū à Paulino quodam Episcopo Nolano sub Theodosio ortus est.

Imaginum cultus statutus sub Gregorio III. in Concilio Romano.

Imperatoris possessio celsit Papæ sub Pipino I. anno 752.

Ioui aras primū apud Græcos constituit Cecrops Diffies primus Atticæ Rex, anno mundi 2402.

Ieiunium septem hebdomadarum Thelesphorus instituit.

Ieiunium quatuor temporum Calixtus II.

Iubileum Romæ Iudaico more celebrat Bonifacius VIII.

Ieiunantium secta in Galliis surrexit anno mundi 1030.

Ieiunium sextæ feriæ in pane & aqua, anno mundi 1030.

Ieiunium sabbati Innocentius Albanus I.

Iesuitarū secta sub Urbano V. anno Christi 1358.

Imaginum cultus à Leone Isauro Imperatore sublatus.

Imperator ad Pontificis Romani pedes se prosternit, & ab iisdem calcatur, Alexandri III. tempore.

Impe-



Imperator vt Romæ coronetur decernit Iohannes XIII.

Imperatorem à Pontifice Romano deponi posse decreuit Innocentius IV.

Imperatores Pontificis Romani eligēdi iure exclusi sub Stephano IV.

Imperatores duo eodem tempore à Pontifice Ioanne IX. creati.

Imperatores orientis Italiæ Regno à Gregorio II. spoliati.

Indulgentiæ à Gregorio primūm datæ.

Indulgentiæ contemptæ Leonis X. tempore.

Infantum submersorum sex millia capita in piscina inuenta Gregorij I. tempore.

Ioannes Hufs pro hæretico combustus, Ioannis XXIV. tempore.

Molorum gestatio ab Ethnicis desumpta, teste Apuleio lib. II. Aurei asini.

## L

Litaniæ Gregorius I. Sergius I. Stephanus II. & Leo III. instituunt.

Lutherus instaurat doctrinam veram 1519.

Lumen accendere in funere mos ethnicus est.

Lege Virgilium de Pallante, & Ouidium in libris Pastorum.

Lactis esu interdictum ieiunantibus. à Gregorio I.

Laicus decimas possidens sacrilegij damnatus à Gregorio VII.

Laicus inuestituras dans hæreseos damnatur à Gregorio VII.

Laicis calix in Eucharistiæ communionē subla-

tus primùm ab Innocentio III.  
 Laicis choro dum missatur interdictum à Leone IV.

Laicis de Clericorum vita iudicare prohibitum à Nicolao I.

Latinè vt omnia in templis fiant Vitellianus, Agathon, & Nicolaus primus instituit.

Legendas sanctorum Iſuardus monachus fertur collegisse post Hieronymum & Bedam anno 810. ferè post omnes alios Iacobus de Voragine Archiepiscopus Ianuensis congeſſit.

Lotionem pedum Gregorius I. instituit.

Litaniz Triduanz ante Ascensionem institutz à Mamerco Claudio Episcopo Viennensi, tempore Hilarij Sardi, in frequenti motu terrarum, sub Leone I.

Litaniz, Sanctorum inuocationes, additz ab Honorio I.

Literz Papales plumbo primùm insignitz ab Hadriano I. & Stephano III.

Lupanaria extructa à Sixto IV.

Lituania fidem recipit tempore Sigismundi.

Libri, qui authentici, qui apocryphi, Gelasius.

## M

Magistratus ne quid iuris in Præfulem habeat Nicolaus I. instituit.

Mahometismus eodem tempore cum Papatu ortus.

Mancos, morbosos & debiles à ministerio reicit Anastasius Romanus.

Manichæorum codices cõbusti à Gelasio Afro.  
 Martyr

Martyrum reliquiæ in Sacris ædibus collocatæ à Theodoro I.

Mendicantium Monachorum sectas in suam tutelam recepit Innocentius III.

Meretricum ordo Parisiis institutus per Minoritam Ioannem Tisseranum, ab Alexandro VI. approbatus.

Meretricum 45. millia in tabulis numerata habebat Paulus III. ex quarum fornicatione singulis mensibus censum exegit.

Militum Christi sectam Ioannes XXIII. instituit.

Missæ & officium à Gregorio compositum approbatur in concilio Romano sub Hadriano, anno 775.

Missam Gregorianam Gregorius I I. primus Ecclesiis Occidentalibus obtrusit.

Missam vnam vno die celebrandam esse Alexandro quidam tribuunt.

Manus in Missa lauare ab Ethnicis desumptum, ut ex Hesiodo, Virgilio colligi potest. Lege & Polydorum de Rerum inuentoribus, libro 5. capite 10.

Missam celebrare Martyribus, ab Ethnicis desumptum, id quod ex Virgilio, Cicerone, & Ouidio satis constat.

Ad Orientem Missam celebrare mos ethnicus, id ex Apuleio 2. Instino & Herodoto colligi potest. Instituit hoc Vigilius & Sixtus II.

In fine Missæ, Ite Missa est, decantari, ab Ethnicis desumptum. Lege Polydorum libro quinto, capite vndecimo.

Missam à Sacerdote concubinario factam non esse audiendam Alexander II. instituit.

Missam Latino sermone fieri Nicolaus I. instituit. ante eum Vitalianus & Agathon.

Missis memorias & Siricius adiunxit.

Missis confessio addita à Damaso.

Missæ additum Gloria in excelsis à Simmaco.

Missæ additum, Verè dignum, &c., Te igitur, à Gelasio Aphro.

Missæ pro mortuis haberi coeptæ sub Gregorio I. ab Ethnicis sumtæ.

Missæ vt in locis consecratis fiant, Felix IV. instituit.

Missarum introitus à Gregorio I.

Missæ sequentias Nicolaus I. approbavit, quas Abbas quidam Nothgerus fecerat.

Monachorum Cœnobia erecta sub Vitaliano.

Monachorum sectæ post concil. Lateran. ortæ,

Monachis fundi dati à Bonifacio IV.

Monachi ne Cœnobium exirent lucri gratia, ne puerum in Baptismo leuarent, ne baptizarēt, ne ægrotos inuiserent, ne in funeribus adessent, ne Ecclesiam gubernarent, &c. Eugenius III. instituit.

Morientes vt adiurato oleo vngerētur, Felix IV. mandauit.

Mortuorum inuocatio post Gregorium.

Mulieres ne Monachorum Cœnobia subirent, Gregorius I. præcepit.

Monachæ ad exemplum virginum institutæ à Pio I. vel I.

Mortuis

Mortuis iusta facienda, Pelagius.

Moneta Cæsaris hæretici ne reciperetur, Constantinus I.

## N

Nouum Testamentum Romæ impressum Æthiopica lingua, procurante rem eam Cardinale Ceruino, 1514.

Nominis mutatio cœpit à Sergio secundo, qui primùm Os porci dicebatur, in electione Sergius I I. dictus.

Natalis Christi festo mensam cum lampadibus instituere ab ethnico ritu desumptum. *Leg. cau. 26. quæst. 7. can. si quis.* Ita & strẽnam dare in principio anni, vt refert Tranquillus.

Necromantiæ studiosi à Syluestro II. Romano Pontifice edocti.

Niuis miraculi festum à Sixto III. institutum.

Nuptias in publico celebrari præcepit Nicolaus I.

Nuptiis publicis ceremoniam addidit Euaristus & Hormisda.

## O

Oblationes pro mortuis Gregorius III. primus fieri permisit, 731.

Oleo pro lampadibus emendo Ecclesiis vectigalia assignata à Zacharia Græco.

Orationem Dominicam super Eucharistia in altum dici præcepit Gregorius I.

vt Ordinatio publicè fiat Anacl. instituit.

ne quis precio Ordinetur, Pelagius I. Hadrianus II. instituunt.

ad Ordines Papisticos nemine admitti, nisi virgo sit, ab Urbano II. instituitur.

Ordines per intervalla dandos fanciuit Syricius Romanus.

Oua ieiunantibus interdicta à Gregorio I. Ordinem Cartusiensium & Cisterciensium Urbanus II. confirmavit.

A Celestino V. processit Celestinorum Monachorum secta.

Carmelitarum ordo cœpit primùm ab Alberto Patriarcha Hierosolymitano, 1287.

Ordo Templariorum apud Hierusalem oritur primùm, anno 1487.

Ordo Grandimontensium inchoatur per Stephanum Gallicum, 1076.

Ordo diui Hieronymi, & ordo Seruatorum Monachorum incœpit 1411.

Ordo Canonorum regularium exordium habet apud Beluacenses, 1080.

Ordo Humiliatorum cœpit 1174.

Ordo Crucigerorum in Italia exordium habet, 1198.

Ordo Heremitarum Augustini fundatur 1258.

Ordo Minimorum Iesu Mariæ pullulat 1490.

Ordo Præmonstratensium incipit 1120.

Ordo militum Christi à Clemente V.

Ordo Cartusiensium à Brunone Coloniensi institutus.

Ordo Flagellatorum à Romanis Lupercis originem habuit.

Ordo Seruorū Mariæ Virginis à Philippo Thaumaturgo in-

ſco inſtitutus, & à Florentinis Mercatoribus  
primùm in vſu habitus, anno 1285.

Ordo Monachorum Trinitatis ſub Innocen-  
tio III.

## P

Pomerania fidem recipit ſub Calixto I I. ſtudio  
& opera Othonis cuiuſdam.

Papæ primatus cœpit ſub Phoca, ſub Bonifa-  
cio III.

Papam ſeſe, id eſt, Patrem, appellari idem Boni-  
facius III. voluit primùm.

Papa in Synodo ſexta Conſtantinopolitana Vi-  
carius Chriſti pronuntiatus eſt, 684.

In Papam vera dicere, eſſe contra iuramentum  
Epiſcoporum Pius II. ſanciuir.

Pacis templum Sixtus III. conſtruxit.

Palmarum dies Proceſſionibus ornatus à Gre-  
gorio I.

Pantheon plumbeo teſto opertũ à Nicolao V.

Papam eligendi poteſtas Imperatori conceſſa ab  
Hadriano I.

Papam confirmandi ius Imperatori reſtitutum  
per Gregorium IV. & Sergium II.

Papæ primatus à Gregorio I. improbatus.

Paſchalis communio ſub Innocentio III.

Paſchatis obſeruatio diuerſa, ſub Victore.

Pedes Imperatori oſculandos Conſtantine I.  
præbuit.

Peregrinationes ad ſtatuas per Indulgentiam  
Gregorius I. confirmanit.

Petri clavis à Iulio II. in Tyberim proiecta,

**Picturæ à Ioanne XXIII. detestatae.**

**Pisciculis tantùm non piscibus vesci ieiunantibus concessum à Gregorio I.**

**Pontifex Romanus pro hæretico & Ecclesiæ tyranno declaratus in concilio Constantiensi.**

**Pontificis eligendi iure exclusi Romani Imperatores sub Martino I.**

**Pontificem Romanũ humeris gestandi mos sub Stephano II. cœpit.**

**Pontificia sedes à scõrto Theodora, Roma Rauennam translata sub Ioanne XI.**

**Præfationes in Missa Gelasius instituit, & Pelagius II.**

**Processiones à Gregorio I. institutæ.**

**Processiones Dominicis diebus, Agapetus.**

**Purgatorium ex Æthna monte statutũ, & ethnicoco dogmate natum.**

**In Purificationis festo candelas ferri, institutum à Sergio III.**

**Psalteriũ Æthiopica lingua Romæ excusum per Ioannẽ Poicen Coloniensem Episcopũ 1514.**

**Psalterium Arabica lingua editũ Genuæ per Episcopum Iustinum 1516.**

**Pontificem Romanum Græci antistites Simplicio sedente, caput omnium esse declararunt, anno 475.**

**Pontificum electionem ad Cardinales reduxit Nicolaus II.**

**Parentalia ab Ethnicis desumpta.**

**Pedes Pontificum deosculandi mos ab Ethnicis defluxit.**

**Plato**



**Psalterij Diuę Virginis autor Petrus Eremita  
homo Gallus, anno 1090.**

**Præmonstratensium origo circa annum Domi-  
ni 1120. cuius loci, nempe Præmonstrati, &  
ordinis, fundator extitit Notbertus, sub regula  
Augustini.**

## Q

**Quadragesimale ieiunium Greg. mandauit.**

**Quadragesintaquinque millia meretricum in tabo-  
lis Paulus III. habebat, pro censu quotannis  
expectando.**

## R

**Romana sedes vacat anno & mensibus 7. die-  
bus 18. post Honorium, 634.**

**Romana sedes vacat post Martinum mensibus  
14. anno 651.**

**Romana sedes in Gallias translata Clemētis V.  
tempore.**

**Romana sedes à scorto gubernata, qui Ioannes  
VIII. dictus est, anno 857. Errat ergo Eccles-  
sia Papiſtica.**

**Rosarium fabricauit Alanus de Rupe Dominis-  
canus, post quasdam malorum dæmonum il-  
lusiones, anno 1470. Hoc Rosarium ex Ma-  
rię Psalterio desumptum, Euangelij loco præ-  
dicauit, ac Sixtus I V. suis indulgentiis ap-  
probauit.**

**Responsoria Itali inuenerunt.**

**Romipetas spoliantes excōmunicari iussit Ca-  
lixus I I.**

**Romano imperio primū Leo I I I. extolli cot-**

pit, quo antea omnes Papæ caruerant. Is enim Carolum rogauit, vt populum Romanum sacramento fidei Papæ subiiceret.

## S

Scotia sub Marco recipit fidem.

Saxones fidem recipiunt sub Gregorio I.

Setta triplices in Iudæa exortę sub Ioanne Hircano ante natum Christum 125.

Setta Humiliatorum exordiũ habet anno 1174.

Sententiarum libri editi 1170.

Setta Camaldulensium Monachorũ, Romualdo instituyente, oritur 1033.

Synodus vt bis in anno celebretur, Anacletus instituit.

Setta Monachorum Vallis vmbrosę incipit a Ioanne Gualberto Florentino, 1070.

Setta S. Brigidę in Suetia inchoatur 1362.

Sabbati diem cum Missa Virgini Marię dicanit Urbanus II.

Sacerdotalē habitũ inuenit Zacharias Græcus.

Sacerdotis summi appellatio prohibita a Ioanne III. *distin. 99. can. nullus.* & Pelagio, & Gregorio I.

Septuaginta duo Bibliorum Interpretes ante Christum 270.

Sacerdotibus Græcis vxores permittę, sub Agathone I.

Syluester II. se Diabolo pro Papatu adipiscendo deuouit. *Lege Polydorum lib. 5. cap. 8.*

Sacerdotia plura vni, prohibita a Gregorio IX.

Sacramenti festum ab Urbano IV. institutum.

Salus

**Salve Regina cum Campanæ pulsu institutum à Gregorio IX.**

**in Sanctorum natalitiis Gloria in excelsis cantari institutum à Symmacho Sardo.**

**Sanctorum reliquæ venerari institutæ à Clemente V.**

**Sacramentum à Paulo Pomerano sacrilego, venditum Iudæo, 1510. nouem grossis: id quod postea sacrilegi Papistæ imitati sunt.**

**Sclauis & Polonis Missam in sua lingua fieri permissum à Nicolao I.**

**Scortatorû sacrificium Lucius III. approbavit.**

**Sepulcra Apostolorum custodiri à Clericis Leo I. sanxit.**

**Sextus Decretalium à Bonifacio VIII. compositus.**

**Sororum Cœnobia à Francisco instituta.**

**Sponsum & sponsam ante Carnalem copulam à Sacerdote benedici iussit Euaristus & Martinus I.**

**in Sella sese gestari primum Steph. II. præcepit.**

**Symboli Niceni in Missa cantandi institutum à Marco Pontifice.**

**Sacra anniuersaria & sacrificia pro mortuis ab Ethnicis desumpta.**

**Sacerdotum consecratio à Mose cœpit.**

**Simulacrorum autores Pelasgi.**

**Sponsum & sponsam iuramento obstringi laudabiliter instituit Soter, qui, Platina teste, undecimus fuit Roman. Episcopus, circa annum 177.**

**Seruum seruorum se Gregorius I. scripsit, intentione quidem ea, ne quis se vniuersalem Episcopum vocaret: neq; tamen absque mysterio ipsius Papatus. Id genus enim tituli in sacris maledictionis nota est. Vide Gen. 9.**

## T

**Templa Sanctis extruere ab Ethnicis sumtum: nam primi omnium Ægyptij (autore Herodoto lib. 2. & Strabone lib. 17.) Diis & aras, & simulacra, & delubra statuerunt, sacrificiaque curarunt.**

**Templorum faciem ad Orientem vertere ab Ethnicis desumtum, teste Herodoto & Iustino.**

**Talmut à Iudæis contra Christianos componitur à Rabina: & Rabasse 402. Alij tribuunt Simonii Iusto Sacerdoti, ante Christum 220.**

**Templa Deo erigi cœperunt Constantini tempore, cum antea casæ humiles, ad eorūq; cryptas quædam essent.**

**Templa in honorem Deorū erecta sunt in Gallia, Germania, Burgundia, imperante Francisco Daguberto, 650.**

**Templi dedicandi ius solis Episcopis cōcessum à Felice III.**

**Thuris vsum infidelium Iudæorum ac Paganorum more Leo III. Altaribus primus assignavit.**

**Thura imaginibus adoleri ethnico ritu Stephanus tertius præcepit.**

**Tonsuras mandauit Vitalianus.**

**Tunica IHSV reperta Treueri, anno 1512.**

Vertis

## V

**Vertigines in Altari ab Ethnicis desumptæ, Apuleio teste.**

**Virgines consecrari à Numæ Pompilij instituto desumptum.**

**Vestibus sacris Sacerdotem in Missa indui Anacletus, Stephanus I. Syluester, Zacharias I. institunt.**

**Vngere infirmos Innocentius I. Felix IV.**

**Veneno in calicé iniecto perit Victor III. dum missaret.**

**vt Vestes sacre auro & gemmis distinctæ essent Zacharias instituit.**

**Visitationis festum Bonifacius I X. instituit.**

**Vuarum in Altari benedictio ab Eutychiano instituta.**

**Viennense Concilium in Gallia, 300. Episcoporum, vbi Papa librum Cleméntinarum edidit, statutumque est, vt Sacerdotes Christianorum, quatuor linguarum, Hebraicæ, Chaldaicæ, Græcæ, & Latinæ periti sint, anno Christi 1311.**



QVÆSTIONES DE TRADITIONIBVS QVIBVSDAM  
PONTIFICVM BLE-  
gantes.

## CAPVT IX.

- I. *De Ecclesia Christiana & Papali, ut  
contrarijs inter se oppositis veri-  
tas magis elucescat.*
- II. *De Missa Papistica.*
- III. *De Cælo Papistico.*
- IIII. *De Purgatorio Papali & Christiano-  
rum.*

## DE ECCLESIA CHRISTI.

*Quid est Ecclesia Christi?*

**E**ST fidelium congregatio, quæ retinet pur-  
rum verbum Dei, & verum Sacramentorum  
vsum.

*Quod est huius Ecclesie caput?*

**CHRISTVS** Filius Dei, qui reuera fouet &  
adiuuat membra, **SPIRITVS** SANCTO suo: at-  
que hic Ecclesie suæ semper præsentissimus est,  
ac nulli potestatem suam resignauit.

*Qua sunt nota, seu testimonia exter-  
na Ecclesie?*

Primum sacrosanctum verbum **DEI**. Secun-  
dò, sacramentum Baptismi, in nomine **PATRIS,**  
& **FILII,** & **SPIRITVS** SANCTI administratù.  
Tertiò,

Tertiò, sacramentum corporis & sanguinis Christi. Quartò, administratio clauium, quibus publicè vtitur Ecclesia, sicut Christus mandat Matth. 18. Si peccat Christianus, arguatur, & si non resipiscit, ligetur, & excommunicetur: si resipiscit, vt rursus soluatur. Quintò, ordinatio, seu vocatio Ministrorũ, seu certorum administratio. Sextò, precatio & inuocatio vera in nomine Christi, gratiarum actio, & celebratio Dei. Septimò, mysterium sanctæ crucis. Octauò, sanctificatio Spiritus Sancti, iuxta secundam etiam Mosis Tabulam, vt cum parentes nostros ex animo veneramur, non alimus iram, odium, &c.

*Est ne aliquis ordo in hac Ecclesia?*

Maximè: Paulus enim Ephes. 4. inquit: Alios dedit Apostolos, alios Prophetas, alios Euangelistas, alios Pastores, alios Doctores, &c.

*Qui sunt Apostoli?*

Qui Euangelij legatione ad multas gentes & populos funguntur.

*Qui sunt Prophetæ?*

Qui cœlestis Spiritus instinctu atque afflato Ecclesiam monèt de his, quæ in rem eius sunt.

*Qui sunt Euangelistæ?*

Qui Euangelij denunciandi & promulgandi dexteritate pollent, boniq; in facultate Christiana sunt Oratores.

*Qui sunt Pastores, seu Episcopi.*

Qui rectè gubernandi Ecclesias facultate præditi sunt, gregemque suum vita & doctrina qua-

dam excellenti pascunt: Qui sedulo inuigilant, ut suæ Ecclesiæ mores & vitam inspectent, & suas oues nominatim agnoscant.

*Qui sunt Doctores?*

Qui bonas artes in Christi Ecclesia docent, & profitentur.

*Presbyteri qui sunt?*

Iidem olim erant, qui Episcopi, aut etiam Senatores Ecclesiastici, nõ minus ætate, quàm pietate graues.

*Quæ est huius Ecclesiæ fides?*

Credit in Deum Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum: credit Christum victima Deum Patrem placasse: credit per hunc remitti peccata, iustificari, ac donari vitam æternam.

*Qui sunt mores Ecclesiæ Christi?*

Mores sunt Christo & eius doctrinæ digni: libenter enim verbum audit, nomine Dei non abutitur, Magistratum honorat, parentes reueretur, contentiones & scandala vitat, sobrietatem sectatur, non inuidet, ignaros docet, tristes consolatur, nulli imponit, eleemosynam dat, persecutiones pro nomine Christi libenter perferit: denique totam vitam suam ad Christi verbum instituit.

*Vbi querenda est Ecclesia?*

Vbi sonat vox Euangelij: ad Euangelium enim alligata est Ecclesia, nõ ad titulos & successiones Episcoporum.

DE



## DE ECCLESIA PAPAE.

*Quid est Ecclesia Papa?*

**EST** collectio Episcoporum, Cardinalium, ac aliorum verbo Dei repugnantium, & Sacramentis ad quæstum suum vtentium.

*Quod est huius Ecclesie caput?*

**Papa**, armatus potentia & potestate condendi leges & articulos fidei, ac interpretandi Scripturam, laxandi & adstringendi leges diuinas & humanas, iuxta illud Psal. 104. Qui extendit cælum sicut pellem. Qui, scilicet Papa, extendit, id est, interpretatur, auget ex suo, cælum, id est, Euangelium, sicut pellem. Sicut enim Sutor dentibus corium trahit, & extendit, sic licet Papæ vt Scripturam sacram suis somniis seruire cogat.

*Vnde probatur Papam caput esse Ecclesie?*

**Ex** Genesi, Prophetis, Euangelistis, & Petro: item ex paruis logicalibus.

*Quomodo probatur ex Genesi?*

**In** principio, id est, Romæ, creauit Deus, id est, fundauit cælum, id est, Papam, & terram, id est, Ecclesiam Romanam. Item, Fecit Deus duo luminaria magna: Solem, id est, Papam, & Lunam, id est, Imperatorem: vt quanto Sol maior sit Luna, tanto Papa maior sit Cæsare. Cùm igitur terra sit septies maior Luna, Sol autem octies sit maior terra, sequitur quòd Pontificalis dignitas

tas quadragesies septies sit maior Regali dignitate. Ita enim Innocentius ex Scriptura Papę primatum probat. *lib. 1. Decret. Gregor. de maiestate & obedientia. tit. 33. can. solita.*

*Nosciebam profecto Genesim quoq; ad Pontificem Rom. referri debere: sed perge, quomodo ex Prophetis primatus  
Pape probatur?*

**Ierem. 1.** Constitui te super Gentes & Regna, ut euellas, dissipes, ædifices, & plantes, id est, sis super omnes Ecclesias, & habeas autoritatē erandi & deponendi, non solum Reges, sed & Imperatores, pro tua animi voluntate *lib. 1. Decr. can. solita.* Et **Esaias,** Ad cuius confugietis auxilium: id est, Pontifex Romanus debet omnes dignitate antecellere, ut ab ipso petat omnes indulgentias. Sic **Symmachus** Papa, probat primatū, *can. 9. q. 3. can. aliorum.* Item, Super **Aspidem & Basiliscum** ambulabis: id est, Pontifex Romanus est super omnes Reges & Principes. Sic enim **Alexander III.** hoc dictum interpretatur.

*Quomodo ex Euangelistis probatur Papam  
esse caput Ecclesie?*

In **Matthæo** legitur, Tu es Petrus: id est, pederens omnes Reges & Principes, & caput omnium Ecclesiarum. Et tibi dabo claves Regni cœlorum: id est, imperium totius orbis. *dist. 22. can. sacrosancta.* Et in **Ioanne,** Pasce oves meas: id est, sis Pontifex Romanus, sis super omnes fideles, sis Vicarius Christi, & princeps Sacerdotum.

tum. dist. 50. can. considerandum. in glos. & lib. 1. Decret.  
tit. 6. de electione. can. sanctificasti.

### Quomodo ex Petro?

Subditi, inquit, estote omni humanæ creaturæ: id est, Pontifici Romano. omnes Ecclesiæ obediant. lib. 1. Decret. can. solita.

### Quomodo ex parvis logicalibus?

Propositio hypothetica: id est, Papa, induta cappa. cathgorica, id est, in vrbe Romana. sedit in arbore porphyriana, id est, est caput vniuersalis Ecclesiæ. & deuorat genera & species, id est, habet potestatem super Reges & Principes, habet autoritatem condendi leges. Item, nullus & nemo, mordent se in sacco, id est, Papa est caput & dominus vniuersalis Ecclesiæ.

### Quid est Papa?

Deus terrenus, seu Deus huius seculi, dominus huius mundi: hoc est, strenuus Diaboli miles: sic enim vocatur Ioan. 16. 2. Cor. 4. Ioan. 12. Ephes. 6. Iam vt miles imperatoris sui edictum exequitur: sic Papa mendacia Satanæ amplectitur, & aliis etiam amplectenda decernit.

*Quid audio? Papæ, qui sanctissimus semper habitus est, & habetur nunt à multis,*

*Diaboli mendacia amplectitur?*

Ita sanè, quicquid enim pugnat cum his, quæ tradita sunt à Christo, (vt sunt omnes ferè traditiones Pontifici) verè Diaboli mendacis sunt.

*Huiusmodi igitur caput habet Ecclesiâ  
Papistica?*

Habet: etsi enim in specie sanctissimum hominem, quo nomine etiam appellari gaudet, re ipsa tamen Diabolo, hæreticos, idolatras, meretrices, adulteros, sacrilegos, superbos, astutos, seditiosos, rabiosos, sanguineos, ac stolidos refert. Ac proinde nos illud diabolicum, hæreticū, idolatricum, meretriciū, adulterum, sacrilegum, superbum, astutum, seditiosum, rabiosum, sanguinarium, ac stolidum nominabimus.

*Cur Diabolicum caput hoc nominas?*

Eò quòd plurimi ex his fraude & astutia Diaboli in Pontificatum peruenerunt. Syluester II. Monachus, relicto Monasterio, Diabolum secutus est, cui se totum tradidit, modò Pontificatu potiretur. Adiuuante ergo Diabolo, consecutus est: hac tamen lege, vt post mortem totus illius esset, cuius fraudibus tantam dignitatē adeptus erat. Sic & Bonifacius I. Symmachus, Bonifacius II. Syluerius, Bonifacius III. Martinus II. Formosus I. Theodorus II. Benedictus IV. Christophorus, Sergius III. Lando, Ioannes X. Leo IX. & II X. Bonifacius II X. Ioannes XXII. & alij quàm plurimi, malis Satanz artibus in Pontificatum peruenerunt. Lege in Speculo Pontificum pluribus in locis.

*Cur hæreticum nominas?*

Quòd plerique hærescos & labe infecti sint. Anastasius

nastassus II. scèdè admodum sensit de Christo, & communicauit Photino, qui Achatio hæretico fauebat, vnde & Achatium hæreticum reuocare volebat. verùm id efficere non potuit: nam diuino iudicio percussus, opus naturæ perficiendo, intestina emisit, sicut & Arius periit. de quo vide *dist. 19. can. Anastasius II. in gloss. & can. secundum. in gloss.* Liberius Papa, etsi primùm Arianæ hæresi restitit, tamen cùm à Constantino in exilium missus esset, tædio exilij victus ( vt ait Hieronymus in Chronicis ) in hæretica prauitate subscribēs, Romam iterum venit, & Felicem II. Pontificatu expulit: quia alios primùm de constantia exhortatus fuerat, vt est *caus. 7. quest. 1. can. suggestum.* ipse victus tandem est. Felix I. & ipse Ariatus fuit: sed ob metum Imperatoris, dissimulauit errorem. Celebratæ quoque sunt Synodi eo tempore Mediolani & Arimini, diuersæ planè à decretis Concilij Nyceni: sed illarum sententiæ postea reiectæ sunt. Nam ad destructionem fidei magis, quàm ædificationem erāt. Vide & Ockam in Compendio errorum Ioannis XXII. circa finē. Bonifacius IX. post mortem hæresis suspicionem non vitauit, & tamen eius decreto passim vtuntur. Clemens V. qui Clementinarum librum edidit, librū suum propter multos errores moriens comburi mandauit: sed eundem Ioannem XXII. denuò sua auctoritate Pontificia, qua potest, ex iniusticia facere iusticiam confirmauit: vnde maxima tandem contentio secuta est, & error. Benedictus I. hg.

mo ignauus, & nullius precij, è sede deiicitur, & iudicio damnatur, propter multos errores, & enormia flagitia. Quin & Sabinianus Gregorij libros quosdam ob hæresim (vt ipse dicebat) combussit, & combussisset reliquos etiã, nisi Petrus Diaconus vehementissimè restitisset. De hæresi Marcellini lege *dist. 21. can. nunc autem*. Ioannes XXIII. in concilio Constantiensi iudicatus hæreticus. Dioscorus Papa Ecclesiæ Romanæ post mortem anathemate percussus est. vide *caus. 24. quæst. 2. can. sanè profertur. §. item Romanorum. & dist. 21. can. in tantum*. Taceo reliquos, quis enim omnes percensere posset? vide *caus. 24. quæst. 3. quidam. dictione, Luciferiani*.

*Cur meretricium nominas?*

Eò quòd Ioannes II X. sexum mentitus, cùm foemina esset, à seruo compressa sit, & inter theatrum, quod Colosseum vocant, & sanctum Clementem, doloribus circumuenta pepererit.

*Cur idolatricum nominas?*

Quòd ex his plerique idolatræ fuerunt. Marcellinus compulsus à Paganis, templum eorum ingressus, grana thuris super prunas imposuit. *dist. 21. can. nunc autem*. Caius Papa, compellente Diocletiano, incensum idolis imposuit.

*Cur adulterum vocas?*

Quòd plerique ex Pontificibus turpitudine & adulterio se contaminauerint. Ioannes XXII. in adulterio deprehensus est, & confossus interiit. Ioannes XXIII. in concilio Constantiensi audit,

dit, sodomita, adulter, parricida, simoniacus, veneficus, incantator, ac de cæteris horribilibus sceleribus accusatus est. Quadraginta enim illi articuli propositi sunt, omnes digni vltimo supplicio. Ioânes IV. propter immodestiam ac turpitudinē vitæ capitur, & in publica custodia inclusus, ibi tam diu pædore carceris, inedia, & molestia animi marceratur, quoad vitam turpiter finierit. Leo I. tantæ impudentiæ fuit, vt in Missa, vbi maxima hominum frequentia erat, die videlicet Paschæ, manus ad osculandum cuidam mulieri, porrigere non erubuerit. Benedictus VI. propter adulterium captus, in custodiam nōxiarum includitur, eodemq; in loco nō multo post strangulatur: vel (vt multi referunt) fame moritur. Sic Stephanus IX. Benedictus IX. Ioannes XIX. & Ioânes XXI. turpē vitā duxerunt.

*Cur sacrilegum nominas?*

Quòd Bonifacius VII. preciosissima quæque ex Basilica Petri subtrahens, Constantinopolim confugit, vbi tam diu substitit, quoad diuēditis, quæ sacrilegio abstulerat, magnam vim pecuniarum comparasset, quibus tanquam adminiculis occupandæ tyrannidis fretus, urbem repetit, ciues largitione corrupturus.

*Cur superbum dicis?*

Eò quòd multi tantæ arrogantiaë fuerint, vt omnes ferè alios præ se contemnerent. Nicolaus I. in tantam peruenerat arrogantiam, vt sese Deum appellaret, vt est *dist. 96. can. satis euidenter.*

Bonifacius III. in tantum alios excellere voluit, vt magna etiã contentione à Cæsare Phoca parricida obtinuerit, vt sanciretur Romanus Pontifex œcumenicus: id est, summus Episcopus totius Ecclesiæ Christianæ. Quod epitheton Gregorius I. Antichristi erroris, adulationis, temeritatis, stultitiæ, tyrannidis nomen esse dicebat. vt habetur *lib. 4. can. 80. in registro. & caus. 82. vide & hoc ipsum dist. 99.* Ioãnes XXII. gloriabatur per se summam auctoritatem esse, & ius creandi & deponendi Reges, Cæsares, pro sua animi voluntate. hinc illi versus sunt:

*Restituit Papa solus, deponit & ipse,  
Articulos soluit, Synodumq; facit generalem,  
Transfert & mutat, appellat nullus ab ipso,  
Diuidit ac vnit, eximit atq; probat.*

Libro I. Greg. tit. 30. & illud:

*Petra dedit Petro, Petrus diadema Rodolpha.*

Hic excommunicauit Cæsarem Ludouicum, quòd ante coronationem imperiali auctoritate vsus fuisset in Italia. Et quanquam non semel petiisset absolutionem à Pontifice Ludouicus, tamen homo arrogantissimus nullis Imperatoris precibus flecti potuit. Bonifacius I. X. homo superbus, Imperatoribus, Regibus, Principibus, nationibusque terrorem potius, quàm religionem iniicere conabatur, & dare regna, & auferre, pellere homines, & reducere pro arbitrio animi volebat. Alexander III. pedibus Fridericum calcavit, & clamari præcepit, Super Aspidem & Basiliscum ambulabis, &c. Eugenius IV. homo



homo illiteratus, voluit vt Cæsares pedes Pontificis oscularètur. qui est superbia, si hoc non est? Innocentius III. dixisse fertur, velle se Philippo imperialem coronam adimere, aut Pontificiam infulam ab eo eripiendam.

*Cur astutum vocas?*

Eò quòd multi astu quodam Pontificatũ adepti sunt. Vigilius subornauit testes, qui affirmarent Syluerium vrbem Romam Gottis hostibus prodere voluisse: vnde coegit hominẽ abdicare se Pontificatu, ac posito pallio cucullam monasticam sumere, & sic tandem Pontifex factus est. Bonifacius IX. fertur decepisse Celestinum V. voce tanquã cœlitus missa per cannam ad eum facta, vt Pontificatum desereret, & Bonifacium substitueret.

*Cur seditiosum nominas?*

Eò quòd partem seditionum plerique fouerint. Symmachus tantam seditionem mouit, vt multi tum ex Clero, tum ex pòpulo passim cæderètur, nec virginibus parceretur. Martinus II. adeò Ioannem prædecessorem seditionibus agitauit, vt ei, in vincula coniecto, aufugere necesse fuerit. Ioannes X. homo seditiosus, militari seditione captus est, & in vincula coniectus, cervicali in os coniecto, necatur. Sigebertus Historicus reprehendit facinora Gregorij VII. quòd sine causa & Ecclesiæ & Imperij statum tranquillum perturbauit: cuius rei pœnas tan-

dem soluit. in exilio enim mortuus est, & excommunicatus ab Episcopis. Benedictus IX. è Pontificatu propter seditionem pellitur, & dolore animi tandem moritur. Alexander III. sollicitauit Mediolanenses, & vrbes reliquas ad coniurationem aduersus Fridericum, eumq; excommunicauit. Sic Theodorus, Paschalis, Victor II. Pelagius I. Paulus II. Iulius II. Benedictus IX. Bonifacius IX. ac multi alij seditiosi fuerunt.

*Cur rabiosum vacas?*

Èò quòd pleriq; furiosi canis instar saeuierint. Ioanes XII. Cardinales, Episcopos capit, & huic nasum, illi verò manum abscindit. Ioannes XV. miro odio in Clericos exarsit, vnde meritò & ipse ab ipsis Clericis odio habitus est. Paulus I. Pij II. decreta & acta rabie quadam improbat. Stephanus VI. tanto odio prosequutus est Formosi nomen, vt statim eius decreta abrogauerit, ac res gestas resciderit, & in mortuum saeuierit, quòd ei impedimento fuisset, quò minus optata sede potiretur. Corpus ergo Formosi è tumulo tractum, Pontificali habitu spoliatur, indutumq; seculari sepulture laicorù mandauit, abscisis tamen dextræ eius digitis duobus, illis potissimè, quibus in consecratione Sacerdotes vtuntur, in Tyberimq; proiectis. Romanus Stephani Pontificis decreta & acta statim improbat. Nihil enim aliud hi Pontificuli cogitabant, q̃ & nomen & dignitatè maiorù suorù extinguere. Theodorus II. iterum Formosi acta restituit. **Sergius III. Christo.**

Christophorū ē Monasterio tractum in vincula coniecit, & arctiori custodia reuinxit. Formosi a-  
 cta ita improbavit, vt denuō ad sacros ordines eos admittere necesse fuerit, quos antè Formo-  
 sus ordinauerat. Neq; hāc quidem ignominiam mutuō intulisse contentus, eius cadauer ē sepul-  
 cro tractum, capitali supplicio, ac si viueret, affe-  
 cit, corpusq; ipsum in Tyberim proiecit, tanquā sepultura & humano honore indignum. Tem-  
 pore Sigismundi tres Pontifices erant, quorum nullus cedere voluit, & se mutuō excommuni-  
 cabant, & mutuō priuabant redditibus. Sunt hi in concilio Constantiensi pariter Papatu deie-  
 cti. Post Gregorium II. ingens schisma ortum est. Itali Italum Pontificem, Vrbanum VI. crea-  
 uerant, & is Romæ mansit. Galli item elegerunt Pontificem in Italia, quem Clementem VII. ap-  
 pellârunt: is Ariminum se recepit. Erat itaq; di-  
 uisa Roma, erant & Pontifices duo, alter in alterum censuris & excommunicationis fulmine sœuiebant. Post Ioannem XX. factus est Papa Benedictus IIX. quo fugato, Syluester quidam pecunia Papatum redemit. Porro reuerſus Benedictus, vt factiones concitaret contra Syluestrum. Tertiō, cuidam, qui Gregorius IIX. dictus est, vendidit ius suum in Pontificatu. itaque cessit huic Benedictus. Sed Syluester cōtra ius suum tueri volebat aduersus Gregorium, sœuiēs in eum censuris & excommunicatione. En hęc tria sœdisſima monstra. Quid tunc Ecclesia Pa-  
 pistica, nisi bellua (vt ait ille) multorum capitum

fuit? Quid nisi Cerberus infernus? aut bestia  
multiplex illa Apocal. 13.

*Cur sanguinarium vocas?*

Eò quòd plerique Pontificum sanguine & morte aliorum in Pontificatum peruenerunt, & in Pontificatu homicidę fuerunt. Bonifacius II. Dioscorum intoxicauit, modò vt Pontificatu potiretur. Clemens IV. nobilem Conradinum, vltimum Ducem Sueuorum publicè decapitari fecit, sine vllò iure & ratione. Gregorius VII. omnia ferè inter Germaniæ Principes teterrimis bellis commiscuit. Notum quoque illud est, quod Bonifacius IX. Procheto Genuensi Archiepiscopo, ad pedes eius die Cinerum prodeunti. Nam vbi dici à Sacerdote soleat: Memento homo quòd cinis es, & in cinerem reuertaris. dixit, mutatis verbis: Memèto homo, quòd Gibellinus es, & cum Gibellinis in cinerem reuertaris. Vox certè est sanguinem spirans. Toto Pontificatus sui tempore, instar lupi se gessit, quare pœnas tandem soluit. Captus enim in carcere miserrimè periit. hinc est, quod dicitur de eo: Intrauit vt vulpes, regnavit vt lupo, mortuus est vt canis. Verissimum igitur est, quod Hadrianus IV. cum moreretur, dicebat: Non esse in terris aliud vitę genus perniciosius Papatu, & sanguine parare Pontificatum non esse Petro, sed Romulo potius succedere, qui propter Monarchiam occidit fratrem.

Certè superbum, ac crudelitate plenū est, potentif.

tentissimos, ac cordatos Cæsares à Pontificibus sine vlla causa & ratione excommunicari: neque solùm excommunicari, sed & imperio deijci, adeò vt nihil ferè honesti cogitare queas in factis Pontificum, præsertim si causas omnes expenderis. Sed libet Cæsares excommunicatos recensere. Cæsares excommunicati à Pontificibus:

Otho IV. ab Innocentio III.

Henricus III. à Gregorio VII.

Henricus V. à Paschali II.

Fridericus I. Suevus ab Hadriano IV. & Alexandro III.

Philippus Friderici I. filius, ab Innoc. III.

Fridericus II. à Gregorio IX. tertio excommunicatus.

Conradus IV. ab Innocentio IV.

Hi potentissimi & cordati Cæsares fuerunt, qui magna & præclara negotia confecerunt. Atque hi non excommunicati solùm, sed & imperio deiecti: ita vt nihil honestè etiam in his Pontificum, seu Papparum factis, præsertim si rationes expenderis, cogitare queas.

*Cur stolidum vocas?*

Eò quòd multi indocti, illiterati, & ignauiter Pontifices fuere. Sergius III. indoctus & tyrannus. Ioannes XXI. homo ignauus, morum inæqualitate plus detrimenti, quàm honoris & commodi Pontificatui attulit: multa enim stoliditatem præ se ferentia egit. Glossator Decretorum irridet Ioannem VIII. ob orationis impe-

ritiam, *distin. 86. san. facientis*. Taceo alios, nam tædiosum est omnes recensere.

*Vnde venit nomen Papa?*

A papæ interiectione admirâtis, vt est in Prologo Clementinarum: Papa igitur à voce Papæ, admirabilis est.

*Quare admirabilis dicitur?*

Quia cùm nec homo nec Deus esse dicatur, & tamen inter homines viuat, necesse est illum monstrum quoddam esse. Quis autem monstrum nõ admiretur? Vnde quidam in Clementinis dixit: Papa stupor mundi — qui maxima rerum — nec Deus es nec homo, quasi neuter es inter vtramq;. Miseram sanè oportet esse Ecclesiam, quæ huiusmodi caput habeat, in õ miserimam. Similes enim habent labra lactucas, & qualis Princeps, talis & populus.

*Quæ sunt nota seu signa huius Ecclesie  
Papistica?*

Verbi Dei corruptela, traditiones humanæ, septem Sacramenta, quæ sunt:

*Barba carens pilis est omni tempore vilis.*

Potestas sacerdotum qua possint, vt libitum fuerit, soluere aut ligare quem volunt. Ordinatio Missarum. Inuocatio in nomine Petri & Pauli. Signa crucis. Ordinaria successio Episcoporum. Obedientia in traditionibus humanis. Creaturarum sanctificatio. Potestas interpretandæ Scripturæ Episcopis, & maximè Pa-

pa

pæ concessa. Potestas legum ferendarum, & cultus novos instituendi. Aspergere aqua benedicta, & sexcenta huiusmodi.

*Habétne Papa aliquem ordinem in sua Ecclesia?*

Maximè: alios enim dedit Monachos, alios Confessores, alios Doctores, alios Apostolos, alios Euágelistas, alios Sacerdotes, alios Patriarchas, alios Prophetas, alios angelos terrestres.

*Qui sunt Monachi?*

Venerandi scilicet patres. Horum alij Cussulati, alij pissoconati, alij capucinati, & fratres mentigantes, seu mentientes magis, Carnalitæ, Dæmoniaci, Frandiscani, Benobibini, Coprusiani, Cernitæ, Augustani, fratres ignorantæ. Hi sunt qui mendaciis vndeque contractis, & horrendis miraculis & purgatoriis confictis, populum dementârunt, & partim admiratione sui, partim timore miserum populum ad omnes credendas nugas compulerunt.

*Cur hi Monachi dicti sunt?*

Monachus, solus interpretatur *caus. 16. q. 1. can. Si cupias*. Sic igitur dicti sunt, quòd sibi tantùm viuant, suas res agant, suam gloriam quærant, sua commoda sectentur non aliorum, de quibus Petrus 2. Pet. 2. dicit, per quos via veritatis blasphematur, & per auaritiam ficticiis sermonibus, de nobis negociabuntur.

*Qui sint confessores? Hinc qui Christum vita, doctrina, & rebus pro Christi gloria praeclare gestu confessi sunt?*

Minimè: sed qui totam vitam audiendis confessionibus, aliorumq; peccatis, aut confitendis suis, consumserunt, materiam confitendi perpetuò cumulantes.

*Quales sunt isti Confessores?*

Quidam horum tres coronas gestant, quidam pauciores, quidam mitras, quidam galeros, quidam tonsi, quidam semitonsi, quidam castrati: alij virides, alij cerulei, alij rubri, alij rufi, albi, atri, &c.

*Qui sunt Doctores Papiſtica Eccleſia?*

Hi, de quibus Apostolus 2. Timoth. 4. prædixisse videtur: Erit, inquit, tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed iuxta concupiscentias suas coaceruabunt sibi Doctores, hi, quibus pruriunt aures, & à veritate quidem aures auertent, ad fabulas verò conuertentur. Horum Doctorum alij dicuntur subtiles, alij illuminati, alij ekerubici, alij seraphici, alij extatici, alij apostatici, alij lunatici.

*Quae sunt horum Doctorum nomina?*

Holcot, Briccot, Triccot, Scot, Capreolus, Zabarellus, Lyra, Ockam, Barbarius, Durandus, Alanus, Herugus, Petrus de Aliaco, Aureolus, Araxanus, Cortesius, Lochmeier, Raymundus, Godefridus, Bruleser, Richardus, Aliacensis, Caietanus, Eccius, Stunica, Nausea, Pelbartus,  
Tromp



Trombita, Hostiensis, & alij complures huius  
furfuris Doctores.

*Quos mihi Doctores narras, quorum nomina sunt  
ipso penè timenda sono?*

Qualis est doctrina, tales & ipsi Doctores sunt.  
*Apostoli huius Ecclesie qui sunt?*

Cardinales, qui cardines mundi dicuntur.  
qui Apostatæ magis, quàm Apostoli iure dicen-  
di sunt.

*Euangelistæ huius Ecclesie qui sunt?*

Qui pro Euangelio quatuor Concilia recipi  
voluerunt: Nycenum, Constantinopolitanum,  
Ephesinum, & Calcedonense, *dist. 13. can. sicut.*  
Item librum Decretorum, Decretalium, Sexto-  
rum, Clementinarum. Item campanæ, statuæ, i-  
magine, simulacra templorum, cruces, lumina,  
cerei, vasa, vestes, aliâq; insignia pro Euangelistis  
& Concionatoribus habentur.

*Quid igitur? reijcísne Concilia Patrum,  
ac Decreta?*

Nobis non Concilia aut decreta proposita  
sunt, sed verbum Dei, cui si fidem adhibueris  
mus, saluabimur. Ac multa Concilia errasse pa-  
lâm est: Ariminense, Sardicenum, Sartinense,  
Mediolanense, & Seleucianum Concilium er-  
rauit de Filio Dei. Contrâ Nicenum Concilium  
de homouíio. *dist. 15. can. sancta.* Concilium Nu-  
midiz errauit, vt dicit *Greg. in Registr. lib. 3. cau. 7.*  
Concilium apud Aquisgranû errauit de raptore  
& rapta. *dist. 20. can. de libellis. in gloss.* Item Con-

stantiense, Moguntinense, Carthaginense II. Concilium Ephesinum II. vt est *in gloss. distin. 15. cau. 1.* Concilium Lugdunense sub Gregorio X. celebratum errauit, Elibertinum, *cau. 33.* Agathense, *cau. 33.* Calcedonense, *cau. 16.* Aurelianum, *cau. 17.* Carthaginense V. *cau. 3.* Arelatense II. *cau. 2.* Auenroicense, *cau. 22.* errarunt. Errauit & Concilium Sacerdotum Hierosolymis, vbi damnata est Christi doctrina, damnatus est & Christus. De his Conciliis Propheta Esaias, cap. 30. Væ vobis filij desertores, habuistis Concilium & non per me: fecistis conuentionem, & non per Spiritum meum, &c. Item Esaiæ 10. Væ his, qui decernunt decreta iniqua. Et Paulus Coloss 2. Quid quasi viuentes in mundo decretis tenemini, &c. Lege Ockam *lib. 5. 1. partis. cau. 25. & c.*

*Sacerdotes Ecclesie Papæ qui sunt?*

Missastæ, seu Missarum venditores.

*Suntne gradus inter hos Sacerdotes?*

Sunt: alij enim Canonici, alij Plebani, alij Cappellani, alij Archidiaconi, alij Archipresbyteri, alij Præpositi, alij Lectores, alij Vicarij, quidam simpliciter Presbyteri, nonnulli Cantores dicuntur. quæ nomina inuenta sunt, posteaquam Ministri appellatio sordere cœpit, tanquam parum magnifica, ac minus onerosa.

*Qui sunt Patriarchæ Ecclesie huius?*

Papæ, Cardinales, Monachi, Guardani, seu post  
Guerriani

Qui

*Qui sunt Propheta Ecclesia Papa?*

Filij Baalami, qui mercedem iniquitatis dilexit, de qua ab asina redargutus fuit. Tales sunt Arioli, Augures, Aruspices, Diuini, Necromantici, Astrologi, Magi, &c. Item qui non diuina, sed humana, imò satanica docent, quærunt hominibus placere, seiplos & sua commendant. De quibus Christus inquit, **Cauete vobis à falsis Prophetis.**

*Qui sunt Angeli terrestres?*

Pœnitentiarij, Rotæ procuratores, Abbreuiatores, Auditores, Protonotarij, Cubicularij, Suffraganei, Abbates, & Cardinales.

*Qua est huius Ecclesia fides?*

Crederè in Papam, eum vt Deum terrenum suspicere, etsi sit pessimus, tamen non dubitare esse caput Ecclesiæ, errare non posse, naturam rerum immutare posse, substantialia vnus rei applicando alij, sententiam, quæ nulla est, posse aliquam facere, quia in his, quæ vult, sit ei pro ratione voluntas, & nec sit, qui dicat ei, Cur ita facis? posse supra ius diuinum dispensare, posse de iniusticia facere iusticiã, corrigendo iura & mutando, plenitudinem obtinere potestatis, vt est in *Decret. Gregorij lib. 1. tit. 7. can. quanto. in gloss.* Item remittere plenariè, esse gladio vtroque decorum, posse in conscientias, in purgatorium, omnia esse in scrinio pectoris eius, verbum eius Evangelio firmitus esse.

*Qui sunt mores huius Ecclesie?*

Ne quis pauper sit, ne pannosus, vt Romæ debita bene persoluat, bene seruiat, gestibus & vocibus sciat applaudere, bonum gnationem agere, de Pontifice, Cardinalibus, & Episcopis honorificentissimè loqui, se creaturam, nō Dei, sed Papæ appellare. In cerimoniis peritum esse, purgatorij ignem accendere, indulgētias à Papa petere, Romam peregrinari, cucillum induere, nō vesci carnibus certis diebus, & similia monstra.

*Vbi est hac Ecclesia?*

Romæ: certo enim loco alligant Papistæ suam Ecclesiam, & certis personis. hinc Romana Ecclesia, & fides Romana dicitur. Christi Ecclesia toto orbe diffusa est, vnde & Catholica dicitur.

## QVÆSTIONES DE MISSA PAPISTICA.

*Quid est Missa Papistica?*

**E**ST oblatio, seu sacrificium applicadum pro viuis & mortuis, vt illud sacrificium mereatur eis remissionem culpæ & pœnæ, datis prius & pagatis numis.

*Vnde deducunt Missam Papistæ?*

Mirè sese in vocis etymologia torquent: et si enim Hebræum sit, Latinam tamen nominis rationem affingunt, eamque diuersam. Quidam enim à mittendo deducunt, quòd ibi mittatur agnus, id est Christus, ad Patrem, ad dimittendæ peccata

peccata nostra. Alij à dimittendo, quòd populus dimittatur, dicente Diacono, Ite Missa est. quod sic exponūt, Securi iam ebite, quia Missa est iam hostia, Christus ad Patrem, vt intercedat pro nobis. Hoc mutarū videtur ab Ethnicis: nam Apuleio teste in 11 Scriba pro foribus assistens, populo denunciabat sermone Græco, *λαοὶς ἀφέντις*: id est, populus missio. Alij Missam interpretantur, quasi transmissam, scilicet à populo ad Deum. Quidam autem ab emissionem catechumenorum & excommunicatorum deducunt.

*Papista quænam requirunt ad dignè consecrandum?*

Multa requirunt: quædam tamen de necessitate, quædam de congruitate.

*Quæ sunt quæ de necessitate requiruntur?*

Potestas ordinis, facultas sermonis, integritas intentionis.

*Quæ sunt quæ de congruitate requiruntur?*

Remotio impediendum, vt sunt, culpæ mortales, aut pœnæ canonicæ, pura irregularitas, excommunicatio, suspensio, & quædam, quæ non sunt culpæ, nec pœnæ. Item ornamenta, vt vestes Sacerdotales, barba & caput rasum, signa, gestus, orationes, locus, vasa, altare, cereæ, ieiunium, tempus, scrinitor, respondēs, offertorium, lingua non intellecte.

*Vestes Sacerdotales quæ sunt?*

Sacræ illæ vestes, sericæ & purpureæ. Item lineæ puræ, vt est de consecr. dist. 1. can. consultiò.

*Signa, quæ in Missa requiruntur, quæ sunt?*

Imago Christi in veste depicta, aut contextus item aliæ quædam imagines in veste.

*Gestus qui?*

Elevationes, motiones, expansiones, crucis signacula, geniculationes, genu flexiones, vertigines quædam ethnicæ, murmurationes, quorû quædam Honorius III. in Ecclesiâ introduxit, vt est apud Gregorium lib. 3. tit. 41. sanè cùm. quædam ab Ethnicis mutuata, vt vertigines, &c.

*Orationes quæ?*

Malæ, consutæ, ac meritoriz, in quibus nulla iusta precationû ratio adest, quorum autor Gregorius fuisse perhibetur.

*Cur radunt barbam & caput?*

Vt nihil ab Ethnicis differant: *Ægyptij enim*, teste Herodoto, tondent in funere barbam: aliæ gentes tondunt etiâ capita. Vnde Baruch 6. dicitur, Habentes, inquit, capita & barbam rasam, rugiunt, clamantes contra Deos suos.

*Qui locus ad celebrandum requiritur?*

Sacer, Papistica execratione, quod ipsum *Vigilius* constituisse dicitur.

*Quæ vasa?*

Aurea, argentea, vel stannea, id quod *Urbanus* instituit.

instituit. Primùm enim ligneis calicibus utebantur, (Sacerdotes autem aurei erant) deinde Zephyrinus statuit sanguinis Christi consecrationem in calice vitreo, non ligneo fieri debere. Id quod tandem mutauit Urbanus, vt est de consecrat. dist. 1. can. vasa. Nunc vasa aurea sunt, Sacerdotes lignei.

*Quod tempus ad celebrandum requirunt*

*Papista?*

Nillum hîc faciunt temporis discrimen: quotidianum enim sacrificium requirunt, idq; quadrupli ratione. Primò, quòd semper oporteat paratam esse medicinam contra quotidiana peccata. Secundò, vt lignum vitæ semper sit in medio Paradisi. Tertiò, vt nobis quotidie Christus vniatur sacramentaliter, & nos quoque ei spiritualiter. Quartò, vt sit apud nos iugis memoria passionis Christi.

*Quot Missas ab vno Sacrificulo requirunt*

*vno die?*

Vnam tantùm, quod institutum Alexandro quidam adscribunt. Lege Greg. lib. 3. tit. 41. consue. l. 1. & de consecr. dist. 1. sufficit.

*Cur ergo de Leone legitur, saepe septies, aliquando etiam nonies Missam celebrasse*

*vno die.*

Hîc necessitatem excusare dicunt: urgente enim necessitate plures Missæ celebrari posse affirmant. Sic enim inquirunt: Quando in vno die occurrût diuersa beneficia Dei commemo-

randa, vel impetranda pro viuuis & mortuis, oportet Missam pluries celebrari, si ad sit facultas. *Lege de consecr. 1. dist. sufficit. vnam pro festo, aliam pro ieiunio, tertiam pro defunctis, quartam de S. Spiritu, &c.* Nam multiplicatio (inquiunt) Missarum multiplicat oblationem sacrificij, & multiplicat quoq; eius effectus.

*Quos effectus Missa recensent?*

Cômorationem Christi, viuificationem, vt quis de attrito fiat contritus, corporis Christi mystici incorporationem, spiritualem refectionem, deuotionis augmentationem, fomitis mitigationem, virtutum roborationem, peccatorum remissionem, armationem contra Diabolum, spei eleuationem, amoris excitationem, fidei commendationem, angelicam comminationem, cœlestis regni collationem, spiritualem delectationem & iustificationem.

*Cur tres Missæ celebrantur in die Natalis Domini?*

Vt eo die cuiusuis ætatis homines à pœna liberet: prima enim significat tempus ante legem: secunda, dum die scit, significat tempus in lege, & redimit Iudæos: tertia in die, significat tempus gratiæ, & redimit Christianos, vnde versus:

*Noë prior, sub luce sequens, in luce suprema.*

*Sub Noe, sub David, sub Cruce sacra nota.*

*de consecrat. dist. 1. can. nocte. in gl. Item lib. 3. Gregorij*  
*10. q. 1. consulisti. aliæ causæ recensentur.*

*Tres*



*Tres in Natali debent Missæ celebrari,*

*Quarum prima sacram Christi signat genituram:*

*Altera venturæ designat gaudia Christi:*

*Tertia iam factum, quod lex fore sacra figurat.*

*Missæ quibus horis debent celebrari?*

His tribus, tertia, sexta & nona: Missæ autem priuatę propter deuotionem ab aurora vsque ad sextam protrahi possunt.

*Cur super altari lapideo Missam celebrandam esse dicunt?*

Quia ipse Christus petra dicatur.

*Altaria quo verti debent?*

Versus Orientem, quod Christus sit Sol illu-  
minans. Hoc institutum Sixto I. I. adscribunt.  
Lege *dist. II. can. Ecclesiasticarum, & de consecr. dist. I.*  
*nullus Presbyter. item, altaria. & est mutuatum ab*  
*Ethnicis. vide Apuleium in 2.*

*In Altari quolibet quæ requiruntur?*

Agnus, vt vocant, Dei, corpus, seu reliquię  
Martyrum. *dist. I. de cons. can. placuit, vt altaria, &c.*

*Cur cereos plures requirunt?*

Vt Apollinis oraculo satisfaciant:

*Et capita inferno, & patri transmittite lumen.*

& vt Ethnicorum morem imitentur, quem Ba-  
ruch 6 irridet: Lucernas, inquit, hęc accendunt  
etiam plures, quàm sibiipsis, cum nullam earum  
videre queant.

*Quale ieiunium requirunt?*

Ne quis ante celebrationem comedat, aut bibat,  
vt largius postea in taberna vinaria bibere pos-  
sint.

*Cur offertorium in Missa requirunt?*

Ne frustra Missam celebrasse videatur. Simonia enim apud illos maxima virtus est. Hoc institutum Gregorius VII. sanxit, ad Missarum solennia semper aliquid offerri. *de consecr. dist. 1. can. omnis Christianus. cau. 16. q. 1. can. statuimus.*

*Cur linguam Latinam à Laicis non intellectam tantoperè requirunt?*

Vt Missa maiorem habeat cõmendationem, ideò vt obscura (vt Sap. 14. dicitur) faciunt sacrificia. Fit enim vt vulgus, quod non intelligit, admiretur, vnde in prouerbio est: Obscura rem & eris magnæ æstimationis. Noluerunt etiam vt mendacij arguerentur Sacrificuli ipsi: nam si lingua natiua coram laicis apertè dixissent, statim quiuis eos mendacij arguere potuisset. Sic fallere homines oratione ambigua & flexiloqua à Sybilla Cumæa mutuatum esse videtur, de qua Virgilius:

*Talibus ex adito dictis Cumæa Sibylla,  
Horrendas canit ambages, antroq; remagit,  
Obscuris vera immiscens, &c. —*

*Quid prodest Missam audire non intellecta lingua?*

Nihil quidem prodest, imò multum obest, ipsi tamen Sacrificuli vtilitates plures confinxerunt. Quòd audire Missam sit cultus Dei, & pro sit indoctis in fide Ecclesiæ, etsi eam non intelligant. Quòd Missæ auditæ & spectatæ ex opere operato mereantur remissionem culpæ & poenæ, &c.

zæ, & quicquid homini necessarium sit in omni vita. Quòd per auditionem Missæ non solum spiritualia, sed etiam quælibet corporalia, & temporalia bona assequi possimus. Hinc est, quòd qui iter aggredi volebant, Missam prius spectabant, quo feliciori fortuna vterentur. Audis hinc nullam earum rerum fieri mentionem, quæ ad hoc sacramentum propriè requiruntur, vtsunt; verbum, elementum, & distributio.

*Quotuplex est Missa?*

Multiplex certè Papistis: alia enim madida, alia sicca: item alia nuptialis, alia funebris: item alia priuata, alia publica: item alia aurea: alia stannea, alia lignea: item alia summa, alia infima: item alia magna, alia parua: item alia itineraria, alia viatica, alia templaria: aliæ medicinales, aliæ pestiferæ, aliæ pacificæ, aliæ hostiles, aliæ incantatrices, aliæ dominicales, aliæ feriales, aliæ de Sanctis, aliæ perpetuæ.

*Quid est Missa madida?*

Vbi Sacerdos, comedit & bibit pro se & aliis, populo tantum spectante.

*Quid est Missa sicca?*

Cùm Sacerdos nõ potest conficere, quia forte iam celebrauit, vel ob aliam causam: sed accepta stola, Epistolam & Euangelium legit, & dicit orationem Dominicam, & dat benedictionem.

*Quid est Missa nuptialis?*

Cùm pro introitu canitur, Gaudeamus om-

hes, tum enim gaudeant Sacrificuli, vt in nuptiis fieri solet, quòd spes nummi affulserit.

*Quid Missa funebris?*

Quæ pro defunctis expiandis legi aut cantari solet: & est ab Ethnicis mutuata. Fiebat enim apud illos sacrificiũ pro mortuis nono die, quo quis sepultus fuisset, quod dicebatur Nouemdale. Hinc igitur apud Sacrificulos hodie solennia defunctorum primo die à funere, demtis ex veteri instituto duobus diebus, peraguntur. *Leges de hoc cau. 13. quest. 2. & dist. 44. can. nullus. & de consecr. dist. 5. can. nullus.*

*Edunt igitur, aut bibunt defuncti?*

Minimè, verùm quod sacrificuli edunt & bibunt, idque pro mercede, hoc & mortuis prodesse existimant.

*Missæ priuata quid est?*

Cùm singulæ pro singulis dicuntur, vt Missa Sophiæ.

*Plùsne valet priuata Missa, quæ pro vno tantum dicitur quam publica?*

Certant de hoc Doctores Scholastici, & adhuc sub iudice lis est.

*Missæ aurea quid est?*

Missæ, quam Rorate vocant, de B. Virgine.

*Cur aurea vocatur?*

Quia aurum pro mercede recipiunt.

*Stannea Missæ quid est?*

Aliæ stannæ vocantur, in quibus Sacrificuli non

non aurum, sed pecunias vſitatas pro mercede recipiunt.

*Qua eſt lignea?*

Ad quam campana lignea pulſatur, vt in magna hebdomada.

*Qua eſt ſumma Miſſa?*

Miſſa prima dilucularis, Salve ſancta, &c.

*Qua eſt inſima?*

Alia ſequens, quæ Deo canitur.

*Qua eſt magna?*

Altera Miſſa in die, quæ diuo alicui canitur.

*Qua eſt parua?*

Quæ ſine gloria & Patre canitur.

*Qua eſt viatica?*

Miſſa breuiſſima, quæ Principi cuiſpiam in agro aut domo legitur.

*Qua eſt templaria?*

Quæ in templis canitur, aut legitur.

*Qua eſt medicinalis?*

Qua omnibus infirmitatibus medentur Sacrificuli, vt peſti, capitis dolori, impotentie: item grandini, imbri, tempeſtati obſiſtunt: item res deperditas acquirunt.

*Qua ſunt peſtifera?*

Quæ hominem aliquẽ perditum eſſe volunt.

*Qua ſunt pacifica?*

Quæ pro pace, pro reditu felici, pro diuitiis dicuntur.

*Quæ sunt hostiles?*

Quæ contra hostes dicuntur.

*Quæ sunt incantatrices?*

Septem Missæ de S. Spiritu, quibus docerentur piunt, quis huic suffuratus sit pecuniam, an vxor diligat maritum, an amica procum, &c.

*Quæ sunt dominicales?*

Quæ dominicis diebus canuntur.

*Quæ sunt feriales?*

Quæ in feriis canuntur.

*Quæ sunt Sanctorum?*

Quæ de Sanctis Martyribus, Confessoribus, Apostolis, Virginibus cantari solent. Hoc ex Numæ instituto desumptum est: hic enim Sacerdotes instituit, qui Iani, Marti, Quirino, aliis etiam diuis sacra peragerent.

*Quòd si sunt & Sanctorum Missæ, cur Papistæ Missam à mittendo deducunt, quòd mittatur Christus ad Patrem ad dimittende peccata nostra, cum non Christus tantum, sed & Sancti ad Patrem mittantur, aut Christus ad Sanctos mittatur?*

Sic solent isti in re grauiori ludere, & suo ipsorum gladio iugulari.

*Quæ sunt perpetua Missæ?*

Missæ pro mortuis, pro quibus perpetuæ Missæ celebrantur, numeratis aliquot aureis.

**Estus**

*Est'ne hoc bene sperare de quopiam, credere vt quis  
perpetuò sit in odioso illo purgatorio? Cur non po-  
tius sperant eum esse in cælo, & Missas  
faciunt tot, qua extenduntur  
in infinitum?*

Respondeo, certè de eo, q in fide Christi mori-  
tur, malim sperare ascēdisse in Paradisum, quàm  
in Purgatoriū descendisse: fide enim corda pur-  
gare Deum, vt alia omittam, apertè docet Apo-  
stolus Petrus in Actis. Dicant autem Papistæ, an  
Missa peracta purgentur eius peccata, pro quo  
offerunt. Si non purgant, quid obsecro iam non  
altera vice, sed quotannis, imò centies, iterumq;  
centies offerunt pro mortuis? Si autem pro vi-  
uis se sacrificare dicunt, qui quotidie peccent, v-  
nicum tamen pro his omnibus sacrificium est,  
& ita vnicum, vt semel duntaxat immolatū ite-  
rari non possit, neque necesse sit: est enim suffi-  
ciens ad omnia peccata delenda, vt multis Apo-  
stoli nobis in suis scriptis tradunt?

*Quid queso mouit ad dubitandum quosdam de  
tam sanctis sacrificiis pro redemptio-  
ne mortuorum?*

Hinc cœpit omnis dubitatio, quòd de hac re-  
demptione, an facta sit, nunquam constar, & Missæ  
extenduntur in infinitum, vnde & sacrificia in-  
certa semper fore necesse est. Quid ergo opus est  
Saerificulis quicquam dare, aut ipsorum Missis  
fidei aliquid habere? Nam quæ est dementia rei  
incertissimæ fidem adhibere?

*Sed nunquid non rediēre nonnulli, & sui  
status quosdam fecēre cer-  
tiores?*

Rediēre, si Monachorum somniis & cōmen-  
tis volumus assentiri.

*At sanctus ille Gregorius non est mentitus,  
vt alios omnes mendacij accu-  
sare velit.*

Fuit & ipse Monachus: qui si mentitus nō est  
ipse, mentitus tamen est Necrodæmon, seu Ca-  
codæmon ille impostor, qui Gregorio se esse de-  
functi hominis animam persuasit, idque magna  
cum iniuria diuini præcepti, quo veritatem, aut  
quicquā aliud à mortuis inquirere prohibemur:  
vnde liquidò cōstare potest, Missam Papisticam  
Satane imposturas & commenta esse. Transfor-  
mârunt enim ceremoniā in opus genere diuer-  
sum, & aliū finē constituerunt, quàm qui à Chri-  
sto propositus est. Christianus igitur eam velut  
diabolicam & idolatriam quandam fugiat.

**QVID MISSA PAPISTICA  
SIT, SECVNDVM  
SCRIPTVRAS.**



1. **E**ST adulterata: verbum enim adulteratur,  
2. Cor. 2. & 4. Adulterantes verbū Dei, &c.  
& Cypr. lib. 1. Epistol. epist. 8. Adulterum est, im-  
pium est, sacrilegum est quodcunq; humano fu-  
rore instituitur, vt dispositio diuina violetur.

2. Impia,



2. Impia, vt suprà ex Cypriano.
3. Sacrilega, eodem Cypriano teste: Sacramētum enim Christi in ea violatur. Ita nominat & Gelasius *dist. 2. de consec. can. comperimus.*
4. Furiosa. ex eodem Cypriano, quandoquidem humano furore instituitur.
5. Obscura, Insana, ac Impura. vnde Sapien-  
tiæ 14. Obscura sacrificia facientes, aut insania  
plenas vigiliis habentes, neque vitam, neque  
nuptias mundas iam custodiunt, &c. Non de  
Laicis, sed de Sacrificulis dicitur: sacrificij enim  
eorum meminit.
6. Versuta. absconditur enim verbū Dei, Pro-  
verb. 12. Homo versutus celat scientiam. Hiere-  
miæ 50. Prædicate, nolite celare. Paulus, Mortē  
Domini annunciabitis, &c.
7. Peruersa, peruertitur enim verbū Dei: ius-  
ta illud 23. Peruertistis verba Dei viuentis.
8. Inutilis. nam & lingua non intellecta pro-  
fertur, & mussitatur, contra illud Eccles. 4. Noli  
citus esse in lingua, & inutilis & remissus in ser-  
monibus tuis. Prouer. 6. Homo apostata, vir inus-  
tilis, graditur ore peruerso, digito loquitur.
9. Furtiua. furantur enim verba Dei, & bona  
Christi aliis negant, Hieremiæ 32. Furantur ver-  
ba mea vnusquisque à proximo suo. Ac ipsi Sa-  
crificuli mussitatione furtum designant: fures e-  
nim sic mussitare solent.
10. Magica. quod ipsam mussitatione etiam  
inducant: sic enim Esaiæ 29. dicitur, Et erit quasi  
Pythonis de terra vox tua, & de humo eloquium

tuum mustabit. 1. Reg. 15. Quasi peccatum ariolantium est repugnandum.

11. Idolatrica. 1. Reg. 15. Quasi scelus idolatriæ nolle acquiescere.

12. Feralis. mortuis enim ea sacrificatur, secundum ritum ethnicum. Osee 9. Sacrificia eorum ut panis lugentium. Psalmo 105. Comederunt sacrificia mortuorum. Baruch 6. Sicut in cœna mortui, &c.

13. Meretricia. meretrices enim ornant ex ea. Baruch 6. Dant ex ipso prostitutis, & meretrices ornant.

14. Vfuraria. Ezechiel. 22. Opes & precium acceperunt.

15. Iudaica. Iudam enim proditorẽ in ea imitantur Papistæ, ac vendunt Christum. Baruch 6. Hostias illorum vendunt Sacerdotes, & abutuntur.

16. Barbara. est enim barbaries virtutem vocis ignorare. 1. Cor. 14. Si nesciero vim vocis, erò ei qui loquitur barbarus. Ouidius,

*Barbarus hic ego sum, quia non intelligor vlli.*

17. Inanis strepitus. August. in cap. 10. Ioann. Nihil aliud sunt verba, quàm signa. Significando enim verba sunt. Tolle significationem verbo, inanis strepitus est.

18. Insana. 1. Cor. 14. Nonne dicent, Quid insanitis? & suprâ ex Sap. 14.

19. Infidelis. nam linguæ signi vice datæ sunt, non fidelibus, sed infidelibus. 1. Cor. 14. Vnde perspicuè significant, eorum Ecclesiam infidelem

lem esse. Vnde & opus tale est, quod lingua intellecta non efferatur.

20. Incerta. & ideò temeraria, deceptorica, ac falsa: vnde illud rectè vsurpari potest, Semper dicentes, & nunquam ad veritatis agnitione peruenientes. Quomodo enim certa ibi non esset libertas, vbi Spiritus Domini adesset? quando dicat Paulus, Vbi Spiritus Domini, ibi libertas, 2. Cor. 3. vide & Gal. 4.

### Missæ vocabuli interpretatio iuxta literas.

*Mendacium Inimici Seruus Seruorum Amavit.  
 Monstrum Ingens Sathana Seduxit Animas.  
 Morsus Igniti Serpentis Sauciauit Amare.  
 Mentem Inquietam Suspendit Subdolanus Actor.  
 Mors, Infidia, Spectrum, Sanies, Abiges.  
 Morbus, Illuies, Sacrilegium, Scelus, Alastor,  
 Mania, Impostura, Stultitia, Scommia, Alyche.*

### Alia expositio versibus.

*Mentes Infixit Stultas Sanctissimus Abbas.  
 Mentis incautas Subuertit Sanctus Adulter.  
 Missas inuexit Seruorum Seruus Alopas.  
 Missas induxit Satanas Scuisissimus Actor.  
 Missas Insanas Subuertit Sanctus Apestos.  
 Martinus Iustus Stultissima Sacra Aboleuit:  
 Monstrans Idolum Sathana Sanctissimus Actor.*



# QUESTIONES DE COE- LO PAPISTICO.

*Quibus promittitur Regnum cælorum?*

**O**MNIBVS, quicumque Euangelium ample-  
ctuntur, & fidem Christi, Filij Dei ad finem  
vsque tenent.

*Cur ergo Monachi & Sacerdotes his etiam cæ-  
lum promittunt, qui Papa instituta am-  
plectuntur, & Euangelio ad-  
uersantur?*

His quidē cælum promittunt, sed Pontificiū.  
*Plurēsne sunt igitur cæli?*

Vnum quidem cælum primū erat, at duo  
sunt iam hodie cæli. Vnum æternum, ad quod  
Christus è terris ascendit, paraturus cunctis fi-  
delibus in illum diem locum, quo ille ad iudi-  
cium, comitantibus Angelis, veniet. Aliud quod  
per manus hominum, Pontificumque malè fe-  
riatorum, postea ædificatum est.

*Quis primarius Architectus huius tanti  
ædificij fuit?*

Pontifex Romanus, qui extendit, iuxta Pro-  
phetam, cælum sicut pellem Sicut enim sutores  
solent sordidas dentibus extēdere pelles, sic Pa-  
pa cælum hoc extendit, auxit, locupletauit, &  
vendidit, quibus ipse voluit.

*Quos in ædificio Ministros hic Sutorius  
Architectus habuit?*

**Monachos & Sacerdotes sacrificulos.**

**Non**

*Non licet his quoq; vendere cælum?*

Licet quidem: at vt nec emere, sic nec vendere quicquam potest, nisi qui habeat, iuxta Prophetam, noui Testamenti (Apocal. 13.) characterem, aut nomen, aut numerum nominis eius.

*De quo characterè, nomine, aut numero dicis?*

Character eius nominis est P A, numerus P P. A A. nomen verò, vna quauis in medium transposita, conflatur. Numerus enim hominis, vt Pythagoreis placet, binarius est. quæ res indicat haud dubiè in nomine binas literas contineri. Etsi enim vtraque litera bis est formata, non sunt tamen plus quàm binæ literarum figuræ, binæque syllabæ.

*Ergo illis solis, vt intelligo, hoc cælum edificatum est, qui Papa obedientiam præstant?*

Sic sanè.

*Vbi edificatum est hoc cælum?*

Ad Septentrionem, quàm longissimè à Sole ad Antipodas.

*Qua est forma huius cæli?*

Labyrinthea, quæ tortuosè ascendens, nouas regiones sensim ostentat: summum verò in maximam arcem desinit.

*Quod est fundamentum cæli Pontificij?*

Cuculla, rosaria, globuli, preculares, detonantes, vela Vestalium, nodosi funes, zonæ scort-

teæ, calcei lignei: ad hæc pisces, ova, caseus my-  
træ, pilei partim rubri, partim atri, caprinæ pel-  
les, bullæ, candelæ, varij libelli, & eiusmodi alia  
innumerabilia, immixto oleo.

*Parietes quales sunt?*

Auro, argento, pictisque tabellis decoris: circa  
parietes verò lucernæ, funalia, cerei & candelæ.

*Obscurum igitur est hoc cælum, quod  
lucernis eget?*

An nescis huic cœli Sanctos lucem odio ha-  
bere, & candelis potius, quàm Sole delectari?

*Quot sunt porte?*

Quatuor: Superstitio, Ignorantia, Hypocrisis  
& Superbia.

*Habétne regiones hoc cælum?*

Maximè, & quidem diuerfas.

*In prima regione qui sunt?*

Monachi, quorum alij cucullati, alij pissocor-  
rati, alij capucinati.

*Cucullatos quos dicis?*

Mentigantes, seu mente captos, Carnalitas,  
Démonicanos, Fraudiscanos, Cernitas, Benebi-  
binos, vel Benefictinos, Coprusianos.

*Franciscus cum suis quid hîc  
agit?*

Tractat de quodam Cœnobio in sui honorem  
ædificando.

*Quid*

*Quid Dominicus?*

Nous rosaria, nouosq; globos Diuæ Virgini conficit.

*Quid Benedictus?*

Monet suos, vt si nō castè possent, saltem caute agerent, vtque non ducerent vxores, sed abducerent, imò seducerent.

*Quid generatim ab omnibus fit?*

Persuadent eorū vestes ad febres quartanas, & ad alia vim habere maximā, & in cucullis eorum sepeliri, esse rectā in cœlum conscendere.

*Suntne tam diuersissima regionis Monachi inter se concordēs?*

Vna est omnium concordia, vt se suamq; sectam supra Christum ponant: in reliquis ex diametro dissident.

*Regioni Monachorum que est proxima?*

Virginum regio (quemadmodum & in terris) & harum aliæ Coelestinæ, aliæ Vestalinæ, aliæ Glarinæ, aliæ Martyrinæ, Brygittinæ, Barbarinæ, Lucianæ, Marianæ, Marthanæ, Benedictinæ, Franciscanæ, Dominicanæ, Carnalitanæ, Seruianæ.

*Omnēsne hæ Virgines castæ sunt?*

Virgines hęc dicuntur, secundum vulgi opinionē, qui putat vxore aut marito carere, virginem esse. Q. At sic fornicatores etiā virgines esse

possunt? R. Excusat illud, si non castè, cautè. Et illud, deberemus quidem.

*Cur Virgines Monachis vicina col-  
locantur?*

Quia à Monachis custodiuntur, cum quibus etiam familiaritatem non mediocrem, propter viciniam contraxerunt.

*Catharina quid hic agit?*

Promittit omnibus, qui eius passionis recordantur, à fulminibus & tempestatibus immunitatem.

*Quid Barbara?*

Fortunas belli prosperas promittit.

*Quid generatim ab omnibus fit?*

Gloriantur omnes tam superbo virginitatis titulo.

*In tertia regione qui habitant?*

Confessores, quorū alij tres coronas gestant, alij pauciores, quidam tonsi, quidam semitonsi, castrati alij, quidam coleati.

*Confessores isti qui sunt?*

Qui totam vitam audiendis confessionibus, aliorumq; peccatis consumpserunt.

*Isti quid agunt?*

Magna sollicitudine tenentur, ne à suis cultoribus deserantur.

*In quarta regione qui habitant?*

Doctores, quorum alij subtiles, alij illuminati, alij cherubici, alij seraphici, alij extatici, alij postatici, alij lunatici.

*Hi*



*Hi Doctores omnes quid agunt?*

Satagunt vt ex vtroque Testamento eorum  
cælum impleatur, vt decimæ ex veteri Testamen-  
to in nouum importentur: deinde etiã myrræ,  
insulæ, sacrificia, oblationes, suffumigia, lumina,  
& omnia ferè quæ in veteri templo fuere.

*Thomas Aquinas quid ibi agit?*

Reparat disputationem suam de' dulia & hy-  
perdulia: exponit quoque sacras literas magna  
cum laude per Aristotelem, ac nunc nouam co-  
quinam suis Doctoribus erigit.

*Quid Albertus Magnus?*

Magia sua cursum Sancti Euangelij impedire  
conatur.

*In quinta regione qui habitant?*

Martyres, qui quod passi dicti sunt, in miseros  
mortales immittere cogitant. Hic Antonius  
suum semper fulmen procudit: Rochus pestem:  
Sebastianus crudelia tela: Apollonia dolorem  
dentium: Christophorus tempestates: alij alia  
dira cogitant.

*In sexta regione qui agunt?*

Apostoli & Euangelistæ.

*Qui sunt Euangelistæ?*

Qui quatuor Euangelia pro Concilio recipi  
voluerant: item libros Decretorum, Decreta-  
lium, Sextorum, Clementinarum.

*Qui sunt Apostoli?*

Cardinales.

*Vnde Cardinales dicuntur?*

Cardinales per epanthesin figuram, pro Cardinales: vt Induperator, pro Imperator.

*Septimam regionem qui incolant?*

Sacerdotes, quorum alij Canonici, alij Plebani, alij Archidiaconi, alij Archipresbyteri, alij Præpositi, alij Lectores, alij Vicarij, alij Cantores, &c.

*Omnes isti Sacerdotes quid agunt?*

De facultatibus, decimis & pensionibus consultant: externam quandam sanctitatem præferant, habitu, vultu, gestu, deuotè missando, rebus diuinis operam dando, ossa quædam pro reliquiis ostentant, Purgatorium accendunt, calefactores instituunt, lethanias Sanctorum inuocatrices alta voce cantant.

*In octaua regione qui sunt?*

Patriarchæ.

*Qui Patriarchæ?*

Papæ, Cardinales & Monachi.

*Papa quid hîc agit?*

Sedet in quodam magno Palatio, quod huius cæli verticem tenet, & tanto sumptu & apparatusu inceptū, vt adhuc totum exædificari non potuerit: sicut cum templo Diui Petri accidit Romæ, & Coloniensi Basilica trium Regum.

*Solusne hîc est Papa?*

Minimè; sunt enim hîc innumera sedilia, alij alij

aliis altiora: hic est chorus, seu cōcilium ex omni genere Sanctorum congregatum.

*In hoc Concilio quid agitur?*

Adstant Reges terræ, & Principes Sacerdotum, omnisque generis Sanctorum conveniunt aduersus Dominū, & aduersus Christum eius.

*Quid dicunt?*

Omnes vno ore clamant: Disrumpamus, inquit, vincula eorum, & proiciamus à nobis iugum ipsorum.

*Qua autem vincula, & quod iugum?*

Pacis & charitatis vincula: iugum autem doctrine Christi, de quo ille dicebat: Tollite iugum meum super vos, & hoc discite, quia mitis sum, & humilis corde, &c.

*In hoc Concilio quid præterea agitur?*

Tractatur de Germania ad gremium Ecclesie Romanæ aut prece, aut precio, vi atque armis reducenda. Deinde vt Germanorum Doctores premiis pellicerentur ad defectionem, præsertim literis & artibus Cardinalium. Ad hæc, ne Carolus Concilium in terris edgat liberum & generale, sed vana spe Germanos producat.

*Nunquid non Ferdinandi vlla sit mentio in hoc Concilio?*

Imò maxima: huic enim per legatum quæ-

dam persuadere conantur, vt alea, armis, tempes-  
tibus conuiuis, & aliis huiusmodi se oblectaret  
magis, quàm aut studio veritatis inquirendæ,  
aut Euangelicæ religionis propagandæ: potissi-  
mum verò, vt iisdem artibus filios institueret:  
deinde vt illius aula nunquam Fabris, Eccus, &  
Nauseis careret: postremo, vt omnè curam, stu-  
dium & operam ad conquirendos, comburen-  
dosque Lutheranos, quos vocat, conuertat: qui  
scilicet Papæ diuinitatem negant, Christi verò  
constantissimè confitentur. Sanctissimum des-  
cretum, scilicet vt Barrabas dimittatur, Christus  
verò ad necem crucemque tradatur.

*Nunquid Christus cum suis Sanctis in  
hoc Concilio sedet?*

*Minimè.*

*Quid ita?*

*Quia puer est, atque etiam omnia commisit  
Matri.*

*O infelix Regnum, vbi & Rex perpetuo puer est,  
& femina imperat: iam minus miror quod sua  
decreta supra Christi doctrinam Ponti-  
fices collocarint: Christi enim do-  
gmata, velut puerilia, stul-  
ta & abiectareie-  
cerunt?*

*Hinc fit, vt Christi Ministros, velut stultos &  
abiectos contemnant, & persequantur. Sed per-  
ge iam dicere de nona regione.*

*Hanc*

*Hanc qui inhabitant?*

**Prophetæ.**

*Qui Propheta? Esaias, Hieremias, Zacharias?*

Minime: sed Arioli, Augures, Aruspices, Divini, Necromâtici, Astrologi, Magi, & Filij Pseudoprophetæ Baalami.

*Nónne licet geniis hinc aliquando egredi?*

Imò sæpe euolant, ac reuolant.

*At tu columbarium potius quàm cælum mihi depingis: sed qua negotia tractant sic euolando & reuolando?*

Qui intrò inuolant, onusti redeunt, pars supplices libellos, pars rosaria, & coronas, pars cesam, pars aurum & argentum, signa, tabulas, anulos, monilia, & lapides preciosos ferunt.

*Quò recondunt ista?*

In horrea: nam in quadam vasta area sexcenta, ferè horrea sunt, ea magnitudine, qua feruntur Pharaonis illa in Ægypto extitisse.

*Plenáne sunt omnia horrea?*

Quædam ceris, alia vestib. alia preciosis monilibus, alia aureis argenteisque vasis, atq; aliis huiusmodi scatent. Nonnulla tamen vacua penè sunt ea, quæ dicuntur esse horrea Germanica & Vngarica: nam diu nihil fuit ab his importatū.

*Euolantes quid agunt?*

Alij pacem, alij bellum, alij pluuias, alij fulmi-

na, grandines, ventos, & alia efferunt, quæ stulti homines aut amant, aut timent.

*Nihilne pecuniarum efferunt?*

Nihil, quòd magna hîc regnet avarità.

*O avarissimum cælum: sed nunquid quicquam auri aut argenti iam in hoc cæli ædificium impenditur?*

Nihil: nam ad vnum omnes, quo iure, quæue iniuria, pecunias cogunt & contrahunt, vt faciunt hi, qui relictis sedibus aliò propediem sunt migraturi.

*O miserum cælum, quod tam citò perituum est?*

Nihil dubium quin tota machina breui magna cum suorum clade collapsura sit: nam & has ædificij cuiusdam in mœnibus admodum est corrosa, muriq; hiantes, adeò vt tecta ipsa iam ad ruinam inclinant, & cuniculus quidam iam insentus est, vnde facilè propediem expugnari potest.

*A quo verò cuniculus inuentus est?*

A Martino quodam Luthero fortissimo Christi milite, qui primi illius Pauli consilia secutus, ad hoc cælum euertendum cuniculum cœpit, fixitque paululum intra limen vexillum quoddam, in quo aureis literis inscriptum est:

VENITE AD ME OMNES QUI LABORATIS ET ONERATI ESTIS PECCATIS VESTRIS, &c.

*Quæ*

*Quò igitur, capto tandem cœlo, migraturi sunt  
Concullai, Pissocorati, Cardinales, Confes-  
sores, Virgines, Propheta, quiboc  
Cœlam nunc inha-  
bitant?*

In Diaboli hospitium suscipientur: nam & ipsi, dum in terris agerent, Diabolum sæpe hospitio susceperunt: cuius beneficij memor Diabolus, è cœlo hoc deturbatos ad sese suscipiet.

*Quibus rebus tractabit illos?*

Vermibus pro cibo, & igne pro potu, iuxta Prophetam Esaiam 66.

*Miseri sanè isti conuiuia sunt?*

Imò miserissimi: sed sic solet Diabolus suis respondere vicem: quoniam est ingratisissimus omnium. Cauo igitur, ne ad hoc cœlam Pontificium aliquando euoles, capto cœlo, infelicissimus Diaboli conuiuia futurus.

## DE COELO VERO, SEU CHRISTIANO.

*Verum Cœlam quo fundamento in-  
nititur?*

CHRISTO.

*Quot sunt porta huius Cœli?*

Nullam habet portam nisi Christum. Hic est VIA, OSTIUM, VERITAS. hic idem VERA VITA, à nullo hinc periculum est, vbi que pax secura & æterna.

*Nunquid hęc sunt regiones seu chori, vt in  
priori Cælo?*

Nullum hęc est personarum discrimen, æqualitas est per omnia, quæ inuidia caret, & ad regni perpetuitatem est accommodatissima.

*Christusne solus hęc omnia gubernat, neque  
quicquam commisit Sanctis?*

Nihil: nam ille solus parat Sanctis locum: illi verò sunt in quiete, nihil de nobis solliciti, quæ apud nos geruntur: vna voluntas est omnium, vt laudetur, & regnet Christus per omnia: hoc poscit diua Virgo, hoc diuus Petrus, hoc Martyres, hoc omnes Sancti.

*Nullane hęc Regina est?*

Vna hic Regina est, eo habitu, quo describitur in Psalmo, *Eructauit cor meum, &c.* cuius sponsus est Christus.

*An verò hac D. Virgo est mater Domini?*

Diua illa virgo hęc Cœli dominatum non tenet, sed ipsa pro sua rata parte & modo corpus sponsæ exornat, & honestat.

*Quæ igitur est hac Regina?*

Ecclesia Christi.

*Sed quæ fit, vt hac Regina Christi sponsa tam  
fuerit contempta in hoc mundo?*

Quia Pontifices se super eam locauerunt, & contempta ea, statuerunt quæ ipsi voluerunt.

*Nullusne hęc Diuorum cultus est?*

Nullus: vna est hęc omnibus vestis nuptialis,  
quæ



quæ ex fide tandem in perfectam charitatem, quod hîc fieri nullo modo potest, ibi coalescit. Amen.

## QUESTIONES DE PURGATORIO PAPALI.

*Quotplex est Purgatorium?*

**DVPLEX:** Pontificium & Christianum.

*Purgatorium Pontificium quid est?*

Est amplissimum rete, percommodum ad piscandum animos incautos, qui assiduè inebriantur indulgentiis, missis, anniuersariis, & mille bullis, visitationibus templorum, & innumerabilibus inuentionibus diabolicis, inuentis solum amplificandi causa regnum Antichristi, ut vberiores reddantur census Sacrificulorum: vnde alantur tot ocio marcescentes, qui more porcorum viuunt, ut quicquid libet faciant, alantur meretriculæ, scorta, & adulteræ, quibus Purgatorium hoc precia & opes acquisiuit.

*Vnde Purgatorium dicitur?*

A purgatione quidem ipsi nominârunt, quòd hîc animæ purgentur à pœnis: verius tamen Priuatorium, aut Pagatorium vocari potest.

*Cur Priuatorium?*

Quia rebus & facultatibus, ut prædo quispiam violentus priuat ac purgat. Atque hoc sensu Purgatorium etiam dici potest, quòd domos diuitem, viduarum, ac pupillarum probè purget atque exspoliet.

*Cur Purgatorium?*

Italīs ( *Fa ben pagare* ) significat bene soluerè. Sic ergo vocari potest, quòd homines, nec solum rustici, sed & ciues, terrore huius loci ad bene soluendum miserè compellantur.

*Vbi est locus Purgatorij?*

Inferno proximus, ac coniunctus esse dicitur, adeò vt qui in Purgatorio sunt, facilè à Dæmonibus videri possint, ac vivos tãdem ad sese (forsan exemplo Mønastico) adducant.

*Purgatorij locum quis primus inuenit?*

Pontifex Romanus.

*Quo duce huc venire potuit? Sybilla quæpiam dux via illi fuit, vt*

*Aenea?*

Non, sed Virgilius 6. *Æneid.* sic enim ille cecinit, nugas Platoniorum secutus:

—— *aliæ panduntur inanes*

*Suspense, ad ventos, aliis sub gurgite vasto  
Infectum eluitur scelus, aut exuritur igni.*

*Quæ causa mouit Pontificem, vt ferè ad inferos descenderet, ac Purgatorij locum perlustraret?*

Quæ? nisi dubitatio, auaricia & ambitio, quòdmodum alter Poeta rectè castigans, iam diu inexplabilem auariciam prænotauerat, dicens:

—— *item est in viscera terra,*

*Quasq; recondiderat Stigiisq; admonerat umbris,  
Effoduntur opes, irritamenta malorum.*

Quibus

Quibus verbis mineralia certè Papistica, & omnis Alchymiz ratio pulcrè comprehensa est.

*Quam dicis dubitationem?*

Qua de hominum salute desperant Pontifices & Sacrificuli, vt credant eos perpetuò in odio Purgatorij igne detineri, non ad cœlum conscendere.

*Qua causa est, quòd isti Pastores de nostra salute sic dubitant, vt credant nos in Purgatorium potius concedere, quàm cœlum?*

Quia malè sibi conscij sunt: nam si suam ouiculam rectè instituerunt, rectè Dei verbo paue-  
runt, & Christo credentem ab hac vita dimiserunt, quid opus est ouiculis miseris tam dira ominari, & circa tot sacrificia insanire? quæ tam crebrò vsurpata, iterataque, satis ostendunt, nunquam sufficere: nam si sacrificia ita essent, aut idonea, aut accepta Deo, pro mortuis, quid opus esset toties iterare?

*Quomodo auaricia mouit Pontificem ad disquirendum locum Purgatorij, cum victu & vestitu contentus esse debeat?*

Hoc hominum genere nihil magis auarum est: excogitet subinde vanaa technas ac dolos, quibus quæstus augeatur: ac vix maius lucrum aliqua ex re accessit, quàm ex Purgatorio, adeò homines hoc monstruoso igni perterruerunt.

*Ambitio quomodo Pontificem mouit?*

Quia honorem suum ac potestatem non nihil hoc ipso confirmauit, indulgentias instituit, & suam iurisdictionem auxit: animas enim in Purgatorio existentes de sua iurisdictione esse dixit, adeo ut si vellet, possit etiam totum Purgatorium euacuare. Sic enim Ioannes quidam Angelus de eo scripsit, qui tamen non angelus lucis, sed tenebrarum fuit, qui mendacium loco veritatis amplectitur.

*Sed nunquid & Septentrionales, qui in frigidiore Cœli parte agunt, ad hunc locum disquirendum Pontificem mouerunt?*

Maximè: nam ut frigidi ad Deum non uenerent, opus fuit illis aliqua calefactione.

*Quos huic igni ex sufflando Calefactores Pontifex instituit?*

Monachos & Sacerdotes.

*Non verentur hi, ne vestes suas aut comburant, aut commaculent?*

Nihil: cum enim exsufflant ignem, alienis uestibus sese induunt.

*Quibus uestibus, num melioribus quam sue sunt?*

Imò preciosioribus: aliæ enim purpureæ, aliæ byssinæ, aliæ sericæ, & quidem variè coloratæ.

*O egregius*

**○** *egregios Calefactores, sed nunquid iam preciosas vestes commaculant?*

**Sæpe** quidem cera & igni commaculant, sed nihil morantur: aliæ enim iterum adornantur.

*Vnde depromunt vestes?*

**Ex** templi sacrario, quod talib. vestibus scatet.

*Vnde habent tot vestes, & tam preciosas?*

**Ex** sanguinis precio.

*Sanguinary igitur sunt boni isti Calefactores?*

**Ita** sanè: sicut enim aues & bestię agri comedunt carnes, & bibunt sanguinem interfectorum: ita isti nihil magis in votis habent quàm mortem & sanguinem: ex ea enim re quæstus est vberrimus. vnde illud:

*De morbo Medicus gaudet, de morte Sacerdos.*

*Hymene tantùm ignem accendunt, an æstate etiam feruida?*

**Quous** tempore, cùm cadauera ante fornacem proiecta iacent, igni hoc expurganda.

*Gratisne accendunt ignem?*

**Nihil** minus: primùm enim à cadaueribus tributum exigunt, ac sic tandem in fornacem imponunt.

*Quos autem primùm imponunt?*

**Eos** in primis, qui hunc ignem pertinaciter ab hostibus defenderunt.

*Quos hostes dicis?*

**Lutheranos**, qui hunc ignem acerrimè oppugnant.

U

*Qui sunt igitur defensores ignis?*

Eccius, Pighius, Bellichais, Maluenda, Trombeta, Concilium Florentinū, quòd iam vnà cum suis chartis exustum est. Episcopi etiam calefactores, id est, Monachi & Sacerdotes.

*Est ne hoc defensi Purgatorij premium?*

Vtinam non in gehennam æterni ignis conii-  
ciantur isti (quando defendi Purgatorium istud  
sine Christi blasphemia non potest) qui Purga-  
torium pertinaciter defendunt. Ita accidit his,  
qui tyrannorum crudelitati subseruiunt, vt & ip-  
si pœnas suæ impietatis pendant. Id quod Per-  
rillo quondam accidit, quem tyrannus in tauro  
æneo, subiectis flammis (quem ipse faciendum  
docuerat Perillus) mori, mugitus falsos eden-  
tem, coegit.

*Quibus instrumentis imponunt?*

Misis, candelis, anniuersariis, pulsu, place-  
bo, &c.

*Excipiuntne tandem quos impo-  
nunt?*

Excipiunt quidem quosdam, sed non omnes:  
qui enim manus nōdum exustas habent, ad dan-  
dum porrectas, hos sine mora extrahunt: qui ve-  
rò manus exustas habent, hi ibidem perpetuò  
conflagrandi relinquuntur.

*Cur istos etiam non extrahunt?*

Quia iam mæci facti, nihil illis largiri possunt:  
isti enim calefactores nihil magis quàm munera  
amant & pecuniam.

*Is quem*

*In quem vsu petuniam à cadaueribus  
recipiunt?*

In vsu meretricularum, scortorū, & vt quis  
dam dicunt, ad structuram Basilicæ S. Petri.

*An non diu Basilica Petri Pontificum im-  
pleuit marsupia?*

Diu quidem implēset, nisi meretrices ac ma-  
donæ expoliassent.

*Quibus instrumentis excipiunt, quos im-  
ponunt?*

Iisdem ferè quibus imponunt: additis tamen  
adminicularibus quibusdam, vt exequiis, parés-  
talibus, indulgentiis, murmurationibus, & com-  
parationibus.

*Quid apud istos Calefactores comparationes  
vocantur?*

Tres nummi, & vna candela.

*Vnde comparatio dicitur?*

A comparando: comparant enim hostiam, id  
est Christum, tribus nummis, & vni candelæ, ac  
non pluris vendunt, quàm æstimant. Id quod  
Baruch gentiles Sacerdotes fecisse affirmat: Ho-  
stias, inquit, illorum vendunt Sacerdotes, & ab-  
uzuntur: item dant ex ipso prostitutis, & mere-  
trices ornant,

*Inde igitur proditore deteriores sunt isti  
Calefactores?*

Longè deteriores: hic enim pluris æstimaui,  
pluris etiam vendidit Christum, ac tandem pos-

nitentia ductus precium sanguinis abiecit : isti verò , tantùm abest , vt abiiciant , vt nihil magis quàm sanguinè , & eius precium exoptent. Contra hos inquit Augustinus , vt est *cau. 2. q. 7. non omnis*. Corui de morte pascuntur , hoc columba non habet , inò de fructibus terræ viuit , innocens est victus eius. Coruos , teste glossa , Sacrificulos no minauit , propter voracitatem oblationum mortuorum , propter foetorem spiritus , garrulitatem & furtum.

*Habétne maximam vim ad exurendum iste ignis ?*

Habet , vt ipsi dicunt , maximam : calore enim febricitantiũ decuplo feruentiorè esse dixerũt.

*Cur igitur Pictores pingunt homines in altum sublatos integris crinibus & barba , nec vlla parte vsulata ? nõne hæc indicant hunc ignem non magnam vim habere ad exurendum ?*

Hoc ideò fit , quia iam non verè ardet.

*Vnde id accidit , nunquid damni aliquid passus est ab aqua ?*

Imò propè iam extinctus est : anno enim Domini 1524. cùm maximum diluuium esset , multæ preces Deo , D. Virgini , Sanctis & Martyribus supplicationes fiebant , vt tam periculosa diluua auerterent. Eo tempore Deus mihi miseratus , iussit Neptunum aliò ducere aquas . Is cùm illam grandem colluuiè non posset omnem , quò volebat , effundere , ad Purgatorium bonam partem



tem demisit, ex quo tantū damni sensit hic ignis, vt nunquam deinceps verè arserit. Simile quid accidit & Chaldeis olim: hi enim ignē pro Deo colebant, & iactabant se hoc Deo insolentissimè aduersus aliarum gentium Deos. Porrò Canopi, qui à nonnullis in Ægypto pro Deo colebatur, Sacrificulus audita Caldeorum iactantia, talem astum excogitauit: In Ægypto fingi solent hydriæ testaceæ, multis foraminibus perforatæ, vt aqua per eam distillata, pura reddatur. Harum vnā nactus Canopi Sacrificulus, obturatis terra foraminibus, depinxit variis coloribus, & aqua impletam, atque capiti, quod à veteri status demptū erat, accuratè imposito, & aptè accommodato, instituit eam in Deum suum Canopū. Adueniunt igitur Chaldei etiam, in Canopo exploraturi potentiam ignis Dei sui. Succensus est ignis, & Canopus, vt erat à Sacrificio adornatus, in ignem impositus est. Magna erat omnium expectatio, vter Deus victoriam reportaret. Cera igitur, qua foramina obstructa erant, igne liquefacta, emanauit aqua per foramina, & extinxit ignem.

*Qui sit igitur, quod non aquam igni potentior  
rem purgantem materiam Pontifices  
nobis proponerent?*

Quia igne pauidos mortales magis terrere possunt.

*Habētne malè ista tempestas Pontifices?*

Quam ægrè ferant, vix vnquam dici potest, &

tiam hodie sollicitatur mirum in modum Vulcanus, vt alium restituat. Quod nisi fiat, verentur, ne magna optimi vectigalis pars eat deperdita.

*Promittitne operam suam Vulcanus in restituendo igne?*

Hactenus eo produci non potuit.

*Quid igitur iam faciunt Pontifices, cum ignis quæstuosus non ardeat?*

Posteaquam vident maximam partem hominum flammis illas mortuorum contemnere, vitiorum iam flammis viuentibus admouere coeperunt: nam hisce quatuor argumentis, flamma, ferro, flumine, toxico, solent nodos religionis omnes, & quæstionem soluere.

*Vincuntne his argumentis pios?*

Nihil: nam hoc genus hominum in flammis viuit, & velut Phœnix ex suis cineribus renascitur, nec sanguini succumbit, cum eidem per crebras cruces assueuerit, in sanguine Christi gloriatur, & proprium, & cum vtilitate, siquidem Deus ita voluerit, vti Petrus fideles docet, abiciat: inde dicitur,

*Sanguine fundata est Ecclesia, sanguine cæpit,  
Sanguine succreuit, sanguine finis erit.*

Item ex Augustino, Sanguis Martyrum, semen Christianorum.

## DE VERO PURGATORIO.

*Quid est Purgatorium Christianorum?*

CHRISTI sanguis per fidem aspersus in corda: sic enim aurum igni purgatur, sic filij Dei sanguine Christi, & fide purgantur, mediante verbo. vnde Christus ipse ad suos Discipulos: Iam vos, inquit, mundi estis propter sermonem, quem à me audiistis. Ioan. 15. & Petrus Act. 15. Fide purgatis cordibus illorum. & 1. Ioan. 1. Sanguis Iesv Christi emūdat nos ab omni peccato. & Paulus Ephes. 5. de Ecclesia & Christo, Purgans, inquit, eam lauacro aquæ per verbum. lege ibi & cap. 4. pluribus. vide & Hebr. 10. Præter hoc Purgatorium aliud nullum esse credendum est. Si ergo qui fidem habent purgati sunt, non egent purgatione, nec iam quicquam impedire potest, quominus in cœli palatia euolare queant. de morte enim, vt Christus ait, transiens ad vitam in Paradyso, in requie, in sinu Abrahamæ, in manu Dei, & cum Christo ipso ad sunt, vbi nullum illos tormentum pœnæ agitare, ac detineri poterit.

AMEN.



FORMVLÆ IVRAMENTORVM, QUIBVS DOCTORES PONTIFICII, NOTARII  
item & Episcopi, Romano Pontifici  
obstringuntur.



Sed iam tempus est, vt detestabilissimorum iuramentorū formulas, hucusque satis diligenter & insidiosè cœlatae tenebris, tanquam cacum è speluncâ suâ in lucem producam, quas cum detestabiles & execrabiles (vt sunt) esse iudicaueris, tum CHRISTVM Seruatorem nostrum precator, vt Ecclesiae suae ipse consulat. Nam ab hac exitiosâ coniuratorum cateruâ, nisi dissoluatur, nihil prorsus boni sperandum est.



SEQUI-

**SEQVITVR FORMVLA SOLEN-**  
*nis Iuramenti; quod ij, qui Doctoratum Iuris, aut*  
*Theologia in Scholis Papisticis ambiunt, an-*  
*tequam eis Licentia ad accipienda Do-*  
*ctoratus insignia confertur, præ-*  
*stant, cum Annotatio-*  
*nibus.*

**E**GO N. SCHOLARIS INGOLSTATENSIS,  
 Eistetenſis diocesis, ab hac hora in antea *A.*  
 fidelis & obediens ero Beato *B.* Petro, sanctæ q̄  
 c. Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ, & *D.* Domi-  
 no nostro Paulo III. ac eius Successoribus Ca-  
 nonicè intrantibus. Non ero in consilio, consen-  
 su, tractatu vel facto, vt *Z.* vitam aut membrum  
 perdant, seu quod contra alicuius eorum perso-  
 nam, vel in ipsorum, aut Ecclesiæ *F.* eorundem,  
 seu sedis Apostolicæ autoritatum, honorum, pri-  
 vilegiorum, vel Apostolicorum *G.* statutorum,  
 ordinationum, reservationum, dispositionū seu  
 mandatorum derogationem, vel præiudicium,  
 machinationes vel conspirationes fiant *H.* Et si  
 ac quoties aliquid horum tractari sciuerō, id ne  
 fiat pro posse impediam, & quando commodè  
 poterō *I.* eidem domino nostro, vel alteri, per  
 quem ad illius noticiam peruenire possit, signi-  
 ficabo.

*Etiam ex secreta confessione. Nam sigillum con-*  
*fessionis merus est fucus, quo laicis os oblititur.*

**Consilium quod mihi per se vel nuncios seu**

litteras credituri sint, ad eorum damnatum &. nee  
 mini pandam. Ad defendendum & retinendum,  
 2. PAPATVM Romanum, & regalia sancti Pe-  
 tri, contra M. omnem hominem N. adiutores  
 ro. Autoritatem, priuilegia & iura, quantum in  
 me est, potius O. adaugere & promouere: Sta-  
 tuta, ordinationes, reseruaciones, dispositiones,  
 & mandata huiusmodi P. obseruare, & eis in-  
 tendere curabo, Q. Legatos sedis Apostolicæ  
 honorificè tractabo, & in suis necessitatibus ad-  
 iuuabo, R. Hæreticos & schismaticos, & qui a-  
 licui ex dominis nostris & successoribus prædis-  
 ctis S. rebelles fuerint, T. pro viribus perse-  
 quar & impugnabo V. Sic me Deus adiuuet,  
 & hæc sancta Dei Euangelia.

ANNOTATIONES IN IAM  
 præmissam Iuramenti formulam.

**H**anc Iuramenti formulam ideo primo loco po-  
 nere volui, quòd sit reliquis omnibus apertior  
 & explicatior. Quippe in quâ Papa sine vilo pudore  
 omnes suas abominationes nominatim approban-  
 das, promouendas, ac defendendas diligentissimè re-  
 censeat & exigat: & est velut imago quadam totius  
 regni papistici artificiosissimè depicta: in quâ inge-  
 nium & vafriem Romanensium deprehendere li-  
 cet. Cum enim plures longè reperiantur Doctores  
 quàm Episcopi, regnentq; in scholis publicis, in tem-  
 plis & concionibus, sintq; Episcoporum Officiales ac  
 Vicarij,

Vicarij, Principum & liberarum civitatum consularij, facile viderunt, si eos obnoxios haberent, eorum operâ totum Romanum imperium se oppressuros esse, quod & factum est. Vnde merito superiore sæculo, nomen Doctorum tam fuit inuisum, ut si vir nobilis Doctoratum recepisset, planè degener existimaretur, hodieq; in pleriq; civitatibus, in Senatum non leguntur.

A. Suspicatur eum antea Christofidelem, & verbo eius obedientem fuisse, quod cum papa tui aduersetur ex diametro, testim & per ambas ges illud abiurare, & cum bestia Romanâ coniurare compellitur.

B. Non sentit de Petro Apostolo qui propter Christum reliquit omnia, sed de ficticio illo Petro, sine, ut rectius dicam, Symone, qui amplissimum Romæ patrimonium habere dicitur, mendacijs, fraudibus, periurijs, homicidijs, veneficijs, ac latrocinijs quæsitum, ex meris furtis, rapinis & sacrilegijs constat.

C. Ut nititur Belua, ex Apostolicâ facere Romanam, cum Apostolica sit per totum orbem diffusa, nulliq; certo loco alligata.

D. O turpissimi domini turpiora mancipia. Si Christiani essetis, præter Christum, nullum in Regno spiritali dominum agnosceretis, & omnia vestra essent, etiâ Paulus & Cephias, vos autem Christi. Nunc quæ dementia est, quod vos ipsos vestra sponte in servitutem morte grauiorem deditis Antichristo? cui dum servitis, omne

nium abominationum, quæ Romæ perpetratur, reos vos ipsos constituitis.

**E.** Vides, vt Bestia illa Romana, non modo seipsam, verum etiam vilissimam sui partem, carnem scilicet, plusquam Christum, Euangelium, & Ecclesiam diligat, ac curæ habeat, ideoq; illis contemptis, conculcatis, & oppressis sibi suæq; cuti primùm cauet.

**F.** Nota bene, Papa fingit & rugit, Ecclesiam esse suam, & non Christi. O pastorem, imò verò furem & latronem. Ecclesia de Christo capite suo, nõ de Papa persecutore, & oppressore suo dicit in Cantico Canticorũ, Dilectus meus mihi, & ego illi.

**G.** Secundò cauet pecuniarum aucupiiis, rebus, ac musculis; nam in iis consistunt tyrannidibus illius herai; è quibus delicatæ & effœminatæ Papistarum vitæ suppeditatur materies luxuriæ.

**H.** Tunc miser homuncio impediens, quicquid contra Papam tractabitur: pro posse, inquis, impediã. Sed age dic, an impediens, etiam si optimo atq; a deo diuino iure fieret? etiam ne sit in bonum Ecclesiæ Vniuersalis & Christianæ Reip. vergeret? etiam ne si illi, qui tractant, Superiores tui essent? tuq; illis iuramentum fidelitatis præstitisses? & stipendium honestum eo nomine ab iisdem acciperes? Deum immortalem; nihil horum excipi audio. Nunc nunc reges intelligite, & principes erudimini, qui iudicatis terram: & considerate quàm fideles consiliarios huius



huiusmodi papisticos Doctores existimare de beatis; quos Papa, talibus, tam impiis, tamque horribilibus iuramentis, in vestram perniciem obstrinxit & instruxit.

*I.* O pestilentes proditores, & proditorum supproditores, vel ipso Iudâ sceleriores. Nam qualis ille cumq; fuit, Christum tamen palâm & apertè prodidit, vos occultissimè proditis, & altissimè dissimulatis; ille pœnitentia ductus, pecuniam, proditiōnis mercedem, statim restitit, & in templum abiecit. Vos quasi re bene gestâ, vobis ipsi plauditis, & proditiōnis vestræ mercedes, dignitates scilicet, præbendas, & prælaturas mordicis retinetis, & in eis gloriâmini, & deliciâmini, digni, qui etiam sicut Iudas suspendamini.

*K.* Tertiò cauet suis occultis & insidiosis consiliis. Notandum autem, si Doctor papisticus Iuramentum fidelitatis præstiterit principi cuidam, vel reip. qui aliquid habeant contra Papam, tunc aut prodet dominum suum, aut violabit hoc iuramentum. Quale igitur nostrum est Doctor papisticus, qui nec fidelis esse potest sine scelere, nec vir bonus sine periurio?

*L.* Quartò, Tyrannidem suam munire & stabilire nititur, pro qua conseruanda non aliter, quàm pro aris atq; focus dimicat; & diuina pariter atque humana omnia commiscet, confundit, ac peruertit. Rectè autem vocat Papatum Romanum, quia reuera nihil aliud est, quàm Papatus, non Apostolatus, ideoq; tantum Romanus,

non etiam Christianus. Eodem modo accipientes  
 da sunt Regalia Petri, ut quæ non à Christo data  
 sunt, sed quæ Pontifices, à Regibus vel per do-  
 lum, vel per vim abstulerint.

M. Etiam'ne contra Christum ipsum? Nam  
 & is, ut verus Deus, ita etiam verus homo est?  
 Sed quid dubitamus? cum neminem omnino  
 excipiat? Et Christus Papatum nominatim pro-  
 hibuerit, cum diceret, Reges gentium dominantur  
 earum, vos autem non sic? Frustra igitur de-  
 fenderetur Papatus, nisi etiam contra Christum  
 hominem defenderetur. O portenta, o scelera,  
 o tartareas furias.

N. Etiam'ne mendaciis, dolis & fraudibus?  
 etiam'ne conspirationibus, prodicionibus & se-  
 ditionibus? etiam'ne veneficiis, cædibus, latro-  
 ciniis, iniusto bello? Quid quæris? cum Papatus  
 sit contra verbum Christi, non potest legitime  
 defendi. Quare necesse est, adiutorum & defens-  
 sorum auxilia omnia illegitima & nefaria intelli-  
 gi. O coniurationem furiis infernalibus proce-  
 ratricibus conflata, in quâ Christus non so-  
 lum abnegatur, verum etiam apertum ei bellum  
 indicitur.

O. Quintò, incrementa suæ Tyrannidis mos-  
 litur. Et nota, quod nullus Doctor, autoritatem,  
 privilegia & iura Papæ adaugere potest realiter  
 & cum effectu; hoc enim nemo potest, nisi do-  
 nando, aut nova iura condendo, quorum hoc  
 soli Reges & Imperatores possunt; illud autem  
 Doctores, quia tenues, nō solent. Reliquum igitur

tur

tur est, vt id non assequantur, nisi iura, & sacras literas peruertendo, & iniquas sententias in iudiciis & conciliis in gratiam Papæ dicendo.

**P.** Sextò, Quietì & securitati suæ tyrannidis consultit. Cùm autem statuta, ordinationes, dispositiones, & mandata Papæ, plerumque sint contra verbum Dei; certum est, quòd quisquis in illà meat, Verbum Dei è còtrario abiuret. Nemo enim potest duobus dominis seruire.

**Q.** Septimò cauet suis satellitibus, tyrannidis administris. Et olim sic præscribebat Legatum, quem certum esse cognouero, &c. nunciis centià in immensum auctà, sine exceptione Legatos omnes adiuuari cogit. Mauult enim falsos iuari, quàm certos destitui.

**R.** Vltimò cauet suis traditionibus, mendaciis, & seductionibus. Nam hæreticos qui verè hæretici sunt, nihil curat, modo tyrannidem eius non lædant. Eos verò solos, vt hæreticos infestat, qui vitiis & erroribus, idolatriis & blasphemis ipsius obuiam ire, eaq; verbo Dei oppugnare audent. Sicut etiam schismaticos eos solos appellat, qui nihil numerant, nec tyrannidem eius subiiciuntur. Reliquos autem verè schismaticos, qui dicunt, ego sum Pauli, ego Apollò, ego Cephæ, ego Benedicti, ego Dominici, ego Francisci, ego Bernardi, &c. insuper Ecclesiam dissensionibus & dissidiis miserè lacerant, sicut fecerunt Dominicastri Bernenses, tanquam dilectos filios amplectitur ac fouet.

**S.** Rebelles vocat, qui in spiritualibus liberis

tatem Christianam, contra papisticas traditiones defendunt, & in civilibus, ius suum quamuis legitimè, contra tyrannidem eius obtinere & tueri nituntur. Nam qui verè Christo & Ecclesiæ rebelles sunt, hoc est, mandata eius, scientes & prudentes pedibus conculcant, apud eum sunt in precio.

*r.* Quantum audio? Doctores papistici non disputando, non ius enucleando, non sacras literas docendo, non iustas sententias in iudiciis & conciliis dicendo, hæreticos, schismaticos, & rebelles vincere, & ad meliorem mentem reducere debent. Nihil enim horum contra eos, quos Papa mendaciter hæreticos pronūciat, fieri potest, cum ius diuinum, & verbum Dei habeant pro se; sed viribus, vt audis, viribus, inquam, persequendos & impugnandos esse censet. Cum autem eiusmodi Doctores, apertum & legitimum bellum gerere non liceat, non video, quo modo viribus persequi quenquam possint; nisi vel veneno tollant, vel occulto & insidioso latrocinio interficiant. Quid mirum igitur, tantam in regno papistico esse veneficorum, sicariorum, & latronum segetem; cum Doctores papistici quoque nihil sint (quantum ex hoc quidem iuramento apparet) quam venefici, percussores, sicarij, & latrones coniurati?

*v.* O te terq; quaterq; miserum, sceleratum & desperatum, qui ita iuras. O infelices parentes tuos, qui suis te facultatibus & sumptibus in hoc aluerunt, vt animæ tuæ salutem tam impie deuo-

deuoueres. Si enim hoc iuramentum conserues te vobes, contra Christum pro Antichristo militabis, sacramenti, quo in Baptismo initiatus & obligatus es, proditor factus: Si verò non, nec Deum adiutorem, nec Euangelium eius, salutis medellam te habere velle consentis. Quare expergiscere tandem, & quanto in periculo verferis vide, pœnitentiam age, Deumque precare, vt edicto suo prætorio te in integrum restituat, & iuramentum tam sceleratum abolet, atque æternâ obliuione obruat, ne in æternum condemneris.

AMEN.

## ADMONTIO.

**H**ic primùm admonitos esse volo, non modo eos Doctores, qui Doctoratus insignia in ijs scholis acceperunt, in quibus talia iuramenta non exiguntur, (vt sunt hoc tempore, in Germania, Viteberga, & Tubinga, in Anglia omnes, & in Italia, si modò vera est fama, vna & altera, ab hoc verè felices) verùm etiam eos, qui et si fraude ac dolis Papiſtarum circumuienti & irretiti hoc iuramentum velinuit, vel imprudentes præstiterunt, nunc tamen ceu impium & execrandum, ex animo contemnunt ac negligunt, idq; dictis ac factis palam præ se ferunt, hos inquam omnes, admonitos esse volo, nihil eorum qua hîc dicuntur, ad eos pertinere.

Deinde reliquos bonos ac pios viros omnes rogatos volo, ne talem quenquam ob Doctoris titulum,

aut tale iuramentum praestitum contemnere, sed potius amare, aut certe errato veniam dare velint. Sunt enim laude & amore digni, qui eruditionem vtilem & necessariam, cum publica autoritate coniunxerunt, si modo eam ad gloriam Dei, & reip. commodare ferunt, & non ad tyrannidem Papae stabilendam conferunt. Quin potius totam inuidiam & execrationem huius horrenda & abominanda coniurationis, in eos tantum Doctores deriuent, qui, ut scientes & prudentes iurarunt, ita etiam in proposito conseruandi tam detestabile iuramentum persistunt, & omnem suam virulentiam, contra oriens Euangelium, pro idolo suo Romano effundunt.

Ceterum si quis posthac, cum iam de ista abominatione admonitus & certior factus est, sciens prudensq; iuravit, is nihil causa fingere poterit, quo minus vir pestilens, abominabilis, & execrabilis habendus sit, a bonis & piis omnibus: proinde caue, nescis animum quid vesper seruis rehat.

**SEQUITVR FORMVLA Iuramenti, quod Notarij publici à Papa creati prestare coguntur, magna ex parte cum superiore consentiens.**

**E**GO N. ab hac hora in antea fidelis ero beato Petro & Sanctae Romanae Ecclesiae, ac domino nostro, domino Iulio Papae I I. suisque successoribus Canonice intrantibus. Et non ero  
in

in auxilio, consensu, vel facto, vt vitam perdant, aut membrū, vel capiantur mala captione. Consilium quod mihi per se, vel literas, aut nuncium manifestabunt, ad eorum damnum scienter nemi pandam. Si verò ad mei noticiam aliquid deuenire contigerit, quod in periculum Romani pontificis, aut Ecclesiæ Romanę vergeret, seu graue damnum, illud pro posse impediam. Et si hoc impedire non possum, procurabo bona fide, id ad noticiam præfati domini nostri Papæ deferri. PAPA TVM Romanum & regalia sancti Petri ac Iura ipsius Ecclesiæ, \* specialiter, si qua eadem Ecclesia in ciuitate, vel terra, de qua oriundus sum, habeat, adiutor eis ero, ad defendendum, retinendum & recuperandum contra omnes homines. Tabellionatus officium fideliter exercebo, cōtractus, in quibus exigitur consensus partium, fideliter faciam, nihil addendo vel minuendo, nisi de consensu partium, quod substantiam immutet. Si verò ad conficiendum aliquid quod instrumētum vnius solius partis sit requirenda voluntas, hoc ipsum faciam, aliquem contractum, in quo ego sciam vitiū vel fraudem interuenire, non conficiam. Contractus in protocollo redigam, & postquam redegero, maliciosè non differam, contra voluntatem illorum, quorum intererit; super eo publicum conficere instrumentum, saluo meo iusto salario. Sic me Deus adiuuet, & hæc sancta

Dei Euangelia.

## ANNOTATIO.

\* Hoc iuramentum, præter alias abominaciones, quas habet cum superiore communes, duas completur proprias ac nouas. Vnam quod specialiter contra patriam iurare cogitur, quod est magna impietas. Alteram quod Papatu vel aliis nugis Papiſtitiis amiffis, de recuperatione mentionem facit, quod est incredibilis pertinacia, contra Christum, & verbum eius. Ille enim solus Papatum, per verbum & Spiritum suum destruet.

SEQUITVR VETVS FORMULA Iuramenti Episcoporum, & ponitur in Decretalibus, tit. de iureiurando. c. Ego.

**E**GO N. Episcopus ab hac hora in antea fidelis \* ero S. Petro, sanctæq; Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ, Dominoque meo N. Papæ, eiusq; successoribus Canonice intrantibus. Non ero neq; in consilio, neq; in facto, vt vitâ perdat, aut membrum, vel capiatur mala captione. Consilium quod mihi aut per se, aut per literas, aut per nuncium manifestabit, ad eius damnû nulli pandam. Papatum Romanæ Ecclesiæ, & regulas sanctorum patrum adiutor ero ad defendendum & retinendum (saluo ordine meo) contra omnes homines. Vocatus ad Synodum veniam, nisi præpeditus fuero canonica præpeditio. Legatum Apostolicæ sedis, quem certum esse cognos



recognosco, in eundo & redeundo honorifice tractabo, & in suis necessitatibus adiuuabo. Litteras Apostolorum singulis annis, aut per me, aut per certum nuncium visitabo, nisi eorum absolvere licentiâ. Sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Evangelia.

## A N N O T A T I O.

\* *Consentit & hoc iuramentum magna ex parte cum primo, & habet peculiarem clausulam, limitibus Apostolorum quotannis visitandis; eius intelligentiam quare post proximum iuramentum.*

*Cum cernere Doctores, ad tam horribile iuramentum adigi, cœpi dubitare, num Papa contentus esset hoc tempore, supra scripto iuramento Episcoporum; hanc dubitationem meam deinde auxit, glossa super verbo, Singulis annis in dicto. c. Ego. ubi additur, vel rarius, iuxta Chirographum suum. Inspecti igitur Pontificale, & librum ceremoniarum, ubi certò deprehendi, eos iurare, iuxta rescriptum Papa, cuius tamen tenor in neutro exprimebatur. Rogavi igitur amicos pios & doctos, etiam apud exteras nationes, ut mihi fide dignum exemplum eius iuramenti communicarent; Quod & factum est. Id autem bona fide, de verbo ad verbum subiiciendum putavi.*

**S E Q V I T V R F O R M V L A R E -**  
*centior iuramenti Episcoporum.*

**I**N Dei nomine, Amen. Ego N. electus N. Episcopus, ab hac hora in antea fidelis ero &

obediens, beato Petro, sanctæq; Apostolicę Romanę Ecclesię, & domino nostro, domino Hadriano Papę VI. suisq; successoribus canonicę intransantibus. Non ero in consilio, aut consensu, vel facto, vt vitam perdant, aut membrum, seu capiatur, aut in eos violenter manus quomodo libet ingerantur, vel iniurię aliquę inferantur, quouis quęsito colore. Consilium verò, quod mihi credituri sunt, per se, aut nuncios, seu literas, ad eorum damnum, me sciente, nemini pandam. P A P A T V M Romanum, & regalia sancti Petri, adiutor eis ero ad retinendum, & defendendum contra omnem hominem. Legatum Apostolicę sedis in eundo & redeundo honorificę tractabo, & in suis necessitatibus adiuuabo. Iura, honores, priuilegia, & auctoritatem Romanę Ecclesię domini nostri Papę, & successorum prædictorum conseruare, defendere, augere, & promouere curabo. Nec ero in consilio, in facto, seu in tractatu, in quibus cõtra ipsum dominum nostrum, vel eandem Romanam Ecclesiam, aliqua sinistra, vel præiudicialia personarum, iuris, honoris, status, & potestatis eorum machinentur, & si talia à quibusdam tractari nouero, vel procurari, impediam hoc pro posse, & quanto euis potero, commodę significabo eidem domino nostro, vel alteri, per quem ad ipsius noticiã possit peruenire. Regulas sanctorũ patrum, decreta, ordinationes, sententias, dispositiones, reseruationes, prouisiones, & mandata apostolica, totis viribus obseruabo, & faciam ab alijs obseruari.

uari. Hæreticos, schismaticos, & rebelles domino nostro, vel successoribus prædictis, pro posse persequar & impugnabo. Vocatus ad Synodum veniam, nisi præpeditus fuero canonica præpeditio. Apostolorū limina Romana curia existente citra, singulis annis, vltra verò mōtes singulis triēnijs visitabo, aut per me, aut per meum nuncium, nisi apostolicā absoluar licentiā. Possessiones verò ad mensam meam pertinentes, nō vendam, neq; donabo, neq; impignorabo, neq; de nouo infeudabo, vel aliquo modo abalienabo, etiam cum consensu capituli Ecclesiæ meæ, inconsulto Romano pontifice. Sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia.

## A N N O T A T I O.

1. *Vides, Christiane lector, hoc iuramentum Episcoporum, grauius etiam & atrocius esse, quàm iuramentum illud Doctorum. Quare nihil mirum, si docti & prudentes Canonici, Episcopatum vltro etiam oblatum repudient, aut si suscipiant, præstito hoc iuramento, planè in bestias degenerēt. Quantum enim abest à peccato in Spiritum sanctū; si quis Papistarum abominationum non ignarus, tale tamen iuramentum sciens & prudens præstare nō dubitat? Habet autem admirabilem articulum de visitandis liminibus Apostolorum. Qui primum in hoc valet, ut si Episcopi nimium viuaces diutius obstent, quo minus pallia saepe redimantur, negatā licentiā omittenda huius visitationis, vel in itinere moriantur, vel*

Roma veneno tollantur, vel si non venerint, vt periri  
ri deponantur.

2. Deinde, vt omittendi licentiam, quamdiu Romanensibus commodum videtur, quotannis pecunia numerata obtineant, pro qua, ne semel in vniuersum transigant, sed quotannis nouâ pecuniâ multentur, etiam per nuncios visitare permittuntur; ex quibus deinde Romanenses nebulones omnia qua lubet expiscantur, maxime optimas prabendas, quas, cum vacauerint, Papa suis stabulariis donet.

3. Postremo, quod est omnium indignissimum, hoc iuramento omnes Episcopi circumuenti, capti, & intricati, sub Antichristo, tyranno omnium detestabilissimo, in grauissimam & prorsus inexplicabilem seruitutem pertrahuntur. Nam nullus Episcoporum hunc articulum implere potest, retinētibus eum vel grauibus negotiis, vel corporis infirmitatibus, vel itineris, & bellorum periculis. Cogitur ergo relaxationem iuramenti à Papa petere, quod dum facit, nō modo verbis, verum etiâ re ipsa consistetur, Papam habere potestatem relaxandi omnia iuramenta: hoc autem Romanus pontifex cupidè amplectitur, quippe qui hunc articulum in hoc excogitauit. Et si deinde Episcopus aliquis, Romana tyrannidi, qua opprimitur, cōtradicat, & ei modum aliquem statuere nitatur, excommunicatur, deponitur, & subditis eius iuramentum obedientia relaxatur.

Porro si Episcopus cōtendere velit, subditos nō posse  
per

per Papam vitè solui ab obedientia iuramento, tum  
 se ipse cōtradicit, seq<sub>3</sub> ipsum periurū cōstituit, qui-  
 pe qui se ipsum quoq<sub>3</sub> a iuramenti vinculo per Papā  
 liberari posse, credidit & petiit, eaq<sub>3</sub> liberatione fre-  
 tus iuramentū sciens & prudens neglexit, et si igno-  
 rans iam pratexere voluerit, sequetur, vt limina A-  
 postolorum quot annis visitare adhuc teneatur, quod  
 si facit ad certissimam mortem pergit.

Ergo vt cōpendio repetam, quisquis hanc clausulā  
 iurauit; cogitur Pontificia tyrannidi & libidini per-  
 omnia, etiā iniustissima & indignissima obedire, aut  
 liberatis per Papā subditis à necessitate obediendi, ab  
 Episcopatu cadere, aut incurredo periurij infamiā, se  
 ipsum inhabilem reddere; aut seruando iuramentū,  
 sese tyrāno crudelissimo ad indignum supplicium si-  
 stere. O fraudes plusquam Satanicas. O Episcopos  
 effœminatos, qui tam crudelem tyrānidem tot annis  
 tam seruiliter pertulerūt; se ceteris potius mori oport-  
 uit, quàm Ecclesiam tam turpiter deserere, & An-  
 ticristo dilacerandā & opprimendā permittere.

Consideret igitur Christianus lector, quid boni ex  
 cōcilio Papisico sperandum sit, in quo tales Doctores  
 disputabunt, tales Notarij acta publica cōficiant, ta-  
 les Episcopi & Cardinales sentētiās decisiuas dicent.  
 Nā p̄ter tales, nemo alius admitti solet, vt clarissimè  
 scribitur in libro ceremoniarū Papisicarū his verbis.

In conciliis nō legimus interuenisse statuendi cau-  
 sa, nisi Episcopos & Abbates, & hi tantum decretis

*subscribebant. Episcopos autem appellamus, etiam Episcoporum principes, quoniam hac est suprema in Ecclesia Dei potestas. Inferioris autem gradus Ecclesiasticos viros & principes seculares, consulendi ac instruendi gratia, non autem decernendi intererant, qui, ut periti aiunt, consultiuam vocem habent in conciliis, non definitiuam, seu deliberatiuam.*

*Aderunt igitur in conciliis ad statuendum, Romanus Pontifex tanquam rector & moderator totius Ecclesie, pastor gregis dominici, & omnium Episcoporum Episcopus; sacer Cardinalium senatus, Patriarcha, Primates, Archiepiscopi, Episcopi, & Abbates, quibus non immerito, & ordinum religiosorum generales Magistri additi sunt, denique omnes Prælati, qui secundum formam iuramenti, quod præstant, cum ad dignitates promouentur, ad Synodum venire tenentur. Alij autem, ut diximus, differendi, instruendi, consulendique causa poterunt interesse, non tamen in sessionibus publicis induti sacris vestibus sedebunt, neque sententiam dicent.*

**Exurge Domine, iudica causam tuam,  
vindica sanguinem seruorum  
tuorum qui effusus est.**

**A M E N.**

**FRAN-**

FRANC. GVICCIARDINI  
 PATRICII FLORENTINI LOCI  
 Duo, ob rerum quas continent grauitatem cognitione dignissimi: qui ex ipsius historiarum libris III. & IIII. dolo malo ab Expurgatoribus librorum Pontificiis detracti, in exemplaribus haecenus impressis non leguntur. Nunc vicissim ab interitu vindicati.

## LECTORI.

**I**nuadendis occupandisq; Imperiis, iuris saepe color in initio queri solet: stabilita verò fundataq; semel tyrannide, vetera illa initia quantum potest obruuntur, lex tãtã Regia nudè, & veluti ex aivryuois obtenditur, in contẽptores legib. maiestatis perduellionumq; vindicatur. Itaq; simpliciter magis & ingenuè quàm causè. Paulus III. cùm de summa ipsius potestate aliquando inter familiares mentio incidere, ridere illos solitus erat vt scholasticos & rerum rudes, qui à Christo eam tam anxie repeterent, cuius se possessionem vel solam, optimum & firmissimum titulum habere dicebat, quam viribus opibusq; summis, ciuitatibus munitissimis, & potentissimorum principum sibi coniurantium auxilio tueri ac defendere posset. Prudentius etiam Itolorũ pars maxima, quæ pontificem Rom. non vti Deum aliquem,

aut Dei vicarium ob fulmina illa, quib. iam penè totus inermis est: sed vt principem viris, armis, vrribus, castellis, fœderibusq̃, potentissimum reueretur & obseruat. Nos verò quos ille vt puerulos sola vana religionis larna perterret, quibusq̃, vt venalitis mancipiis pro arbitrio abutitur, scire aliquando par est, quo iure, quâue iniuria tam duro inclementiq̃, domino seruiamus: non vt tanquã Spartaci bellum aliquod seruile moueamus, sed vt ingenui nati, & quorũ maiores seruitutẽ illam non seruiuerunt, vindicibus tandem idoneis vel tertia assertione semel amissam libertatẽ & strenuè reciperemus, & fortiter retineamus cõseruamusq̃. Natales porrò nostros vel ab eiusdem domini familia aliqua saltem ex parte repetere licet, ex qua est hoc quidem mancipiũ, sed frugi admodum, & manumissione dignissimum: cuius etiam hac in re fidem verus infidelissimus per alligatos obtuere conatus est. Nos tabulas quasi ex naufragio, aut potius ex rogo vispallionum manibus extortas omnibus reddimus. Quarum fidem & vindicam satũ perspecta integritas, & auctoris stylus, & loci ipsius, vnde dolo malo detracta sunt, vel sola inspectio sic asserunt, vt de ea nemo bonus instè dubitare possit. Reliquum est, vt hoc beneficio prudenter & seriò vtamur fruamurq̃, ne si nos ob pretiũ participandum iterum quodãmodo venire patiamur, nõ eadem posthac spes libertatis affulgeat, & perpetua seruitute, dignissima etiam granioribus flagris mancipia premamur.

FRAN-



**FRANCISCI GVICCIARDINI**  
*locus primus reponendus libro III. fo-*  
*lio 121. versu 33.*



**N**EC tamen potuit calamitates domesticas vitare, quæ tragicis exemplis, libidineq; , atq; immanitate plus quam barbara, eius domum conturbarunt. Nam cum abusq; sui pontificatus auspiciis omnem civilem potentiam in Candianum ducem suorum liberorum natu maximum, vertere statuisset, & Valentinus Cardinalis animo profusus à sacris alieno ad rem militarem totus aspiraret, nec ferre posset hunc locum sibi à fratre præceptum iri: eundemque in communis sororis Lucretiæ amore præferri, libidine atq; ambitione, valentibus ad quoduis scelus stimulis, incitatus, fratrem noctu Romæ inequantem, necari fecit, & necatum in Tyberim clam abijci. Ad hoc fama fuit, si tamen tantum nefas fidem meretur, non modò fratres duos, verumetiam patrem ipsum in eiusdem Lucretiæ amores conspirasse: qui simulac ad pontificatum assumptus est, eam à primo marito quasi tanta dignitate tunc inferiore, abreptâ, Ioanni Sfortiæ Pisauensium domino copulauit: sed ne hunc quidem riualem passus, matrimonium iam perfectum dissoluit: verùm ut id aliquo fieret colore, cum coram iudicibus à se delectis, Ioannem natura frigidum, atque ad rem veneream profus ineptum,

per falsos testes comprobasset, iudicium sententiis id confirmari voluit, &c.

*Alius locus libro IIII. folio 156. versu 44.*

*post Concessit.*

**A**D cuius rei & multarum aliarum sequentibus temporibus gestarum clariorem notitiam, res ipsa poscit, vti quid iuris in Flaminia, quæ nunc Romagna dicitur, oppidis, aliisque compluribus quæ vel nunc possident, vel antea variis temporibus possederunt, Romani pontifices habeant, dicatur: quoque pacto ab initio rerum sacrarum administrationi duntaxat præfetti, ad regna & imperia peruenerint: ad hoc ut id etiam tanquam his annexum & conianctum, quæ ob has atque alias causas cõtentiones diuersis temporibus inter Pontifices atque Imperatores extiterint, cõmemoretur. Pontifices Romani, quorum primus Petrus Apostolus fuit, accepta ab Iesu Christo in rebus sacris ac diuinis auctoritate, charitate, submissione, patientia, spiritu sacro & prodigiis magni, per illorum initia, non modò potentia ciuili & mundana penitus nudati, verumetiam ab illa vexati, diu obscuri ac ferè ignorati fuère: eorũ nomine nulla re magis quàm suppliciis & cruciatibus perferendis innolescente: quæ vnà cum iis qui eos sequebantur, sustinebant. Nam etsi cùm propter infinitam multitudinem diuersarum nationũ & sectarum, quæ in urbem Romam confluxerát, parum Christianorum progressus & actiones animaduertentur,

tur,

tur, silentq; ab quorundam imperatorum vi & vexationibus immunes, nisi si quando illorum publici ritus silentio præteriri non possent: nihilominus tamen aliqui alij siue innata feritate, siue deorum suorū insano quodam amore percussi, eos tanquam nouarum superstitionum auctores, & suæ religionis eueriores, atrociter persequabantur. Hoc in statu tum voluntaria paupertate, tum vitæ reliquæ sanctimonia, tum suppliciorum acerbitatibus clarissimi, ad Syluestri pontificatum perstiterunt. Cuius temporibus quum ad Christianam religionem Constantinus moribus sanctissimis Christianorū, & prodigiis ac miraculis, quæ frequentissima in iis qui Christi vestigia sequebantur, elucebant, permotus, animum appulisset, Pontifices à periculis in quibus annos circiter trecentos versati fuerant, tuti, liberius cultum diuinum exercere, ritusque Christianos palàm profiteri. Quamobrem factum est, vt partim morum & vitæ admiratione, partim præceptorum, quæ nostra religione continentur, sanctitate, partim quoque facilitate quadam mortalium, qua plerunque vel ambitione, vel metu, principis sui exemplum imitantur, nomen Christianum mirificè omnibus in locis propagari, paupertas verò illa sacerdotum beata, diminui cœpere. Nam Constantinus templo in Laterano diuo Ioanni, in Vaticano Petro Apostolo, itemque Paulo, aliisque diuersis in locis ædificatis, ea non modò preciosis vas ornamentisq; ditauit, verumetiam, vt sacra

ra tecta tueri, ac renouare quæ extructa erant, seque, qui rebus sacris operam darent, sustentare possent, prædiis atque aliis vectigalibus donauit: alij præterea multi post secuti, rati beneficiis huiusmodi faciliorem aditum in cœleste regnum sibi pateferi, aut noua extruebant fana, eaque donis cumulabant: aut iam extructis suorum bonorum portionem aliquâ attribuebant, quinetiam siue lege quapiam inueterata, siue consuetudine, ad legis Moyses exemplum, quibusque de suorum bonorū fructibus decimam partem locis religiosis pendebat: ad quod quidem efficiendum, magno cum ardore excitabantur: quod viderent ab initio sacerdotes, eo excepto, quod ad parcissimum victum sibi reseruabant, quicquid reliquum erat, partim in ædificia religiosa, eorumque suppellectilem, partim in egenos aliosque pios vsus impendere: cumque nondum superbia & ambitio in eorum pectoribus infedisset, ab vniuersis qui vbique erant, Christianis omnium ecclesiarum supremus custos, & tanquam Petri Apostoli successor Episcopus Romanus agnoscebatur: primum quod ex ciuitas ob suam antiquam dignitatem, tanquam reliquarum caput & princeps, Imperij nomen maiestatemque retinebat: deinde quod illinc in bonam Europæ partem religio Christiana diffusa erat: postremo quia Constantinus à Syluestro ritu Christiano aquis initiatus, eiusmodi auctoritatem in eo atque in eius successoribus liberè agnouerat. Fama quoque est, Constantinum

Oriem

Orientis prouinciarum motibus Imperij sedem  
 Byzantium, post de suo nomine Constantino-  
 polim appellatam, transferre compulsam, pon-  
 tifici Romanæ vrbs, aliarumque & vrbum &  
 regionum in Italia, imperium donasse. Quæ sa-  
 ma quamuis à sequentibus pontificibus diligen-  
 ter fuerit enutrita & sustentata, eorumque au-  
 thoritate à multis credita, est nihilominus cum  
 ab scriptoribus grauissimis, tum verò rebus li-  
 psis refutata. Illud autem certò constat, & tunc  
 & longo post tempore, urbem Romæ, Italiamque  
 omnem tanquam imperio Cæsaram obnoxiam,  
 ab imperatorum ministris ac prefectis fuisse gu-  
 bernatam: nec desunt qui, quicquid de Con-  
 stantino & Syluestro dicitur (vsque adeò sepe  
 profundis in tenebris res vetustæ demersæ la-  
 tent) redarguant, ostendantque eos longè di-  
 uersis temporibus extitisse: nemo tamen negat,  
 imperij Constantinopolim translatione ad Pon-  
 tificum potentiam, viam esse patefactam, ex eaq;  
 originem habuisse. Nam indies magis & magis  
 Imperatorum auctoritate, tum ex illorum cons-  
 tina absentia, tum quòd grauisimis in Oriens  
 te bellis distinerentur, in Italia debilitata, popu-  
 lus Romanus ab Imperatorum obedientia pau-  
 latim desciscens, atque ob eam rem tanto magis  
 pontifices præsentis respiciens, eis cœpit non  
 obedientiam quidem, sed voluntarium quod-  
 dam obsequium exhibere. Quanquam ne hæc  
 quidem nisi lente sese ostendemat, ob Gothos

rum & Vandalorum aliarumq; barbararum nationum in Italiam effusionet: à quibus capta sepe ac direpta Roma, & pontificum nomē, quod ad ciuiles attinet res, in obscuro penē contemptum iacebat, & Imperatorum, in Italia auctoritas euanescebat; quando quidem eam tanta cum ignominia prædæ barbaris expositam deserabant. Aliarum nationum impetus cūm torrensus instar erupisset, Gothorum per annos septuaginta potentia permansit. Erant hi nomine & professione Christiani, genere à prima origine Scythæ & Dacæ: quibus tandem Cæsarum armis Italia pulsus, per Græcos iterum magistratus cœpit Italia gubernari; quorum qui cæteris imperabat, Græca voce Hexarchus appellabatur, sedemque Rauennæ in vrbe vetustissima, eisque temporibus opulentissima, atque ob agri bonitatem frequentissima, habebat. Nam post magnum incrementum ex Cæsaris Augusti atque aliorum Imperatorum classe validissima susceptū, quam in eius portu vrbi penē coniuncto, cuius nunc vix vllum extat vestigium, continenter tenuerunt, à multis belli ducibus, deinde ab Theodorico Gothorum rege, eiusque successoribus fuerat habitata: qui quod Imperatorum potentiam suspectam haberent, eam potius quàm Romam, regni sui sedem maris opportunitate Byzantio propioris ducti delegerunt: quum opportunitatem Hexarchi, & sic cotraria ratione secuti, cūm ibi confedissent, Romanam

nante vrbī, aliisque Italiæ ciuitatibus proprios  
 imponebant præfectos, quos Duces appellas-  
 bant. Hinc Rauennatis Hexarchatus nomen:  
 quo nomine omnia comprehendebantur, quæ  
 proprios Duces non habebant, sed vni Hexar-  
 cho obtemperabant. Qua tempestate pontifices  
 Romani ciuilibus potestatis penitus expertes, at-  
 que in mortalium animis admiratione & obser-  
 uantia moribus ipsorum ab illa pristina puritate  
 iam fatiscentibus, obsolescente, tanquam impes-  
 ratoribus subiecti, ætatem agebant: sine quorū,  
 & eorum quos Hexarchos diximus appellatos,  
 auctoritate, quamuis sacerdotum populique Ro-  
 mani suffragiis renunciati, neque se pro pontifici-  
 bus gerere, neque pontificatum capere audebant:  
 quin etiam episcopi Cōstantinopolitanus & Ra-  
 uennatis, quoniam religionis sedes imperij atque  
 armorum potentiam sequi consuevit, cum Ro-  
 mano episcopo sæpenumero de principatu dis-  
 putabant. Cæterum haud multo post rerū mu-  
 tatio consecuta. Nam Longobardi, gens ferocis-  
 sima, in Italiam ingressi, Galliam cisalpinam oc-  
 cuparunt: ab quorum imperio, Longobardia  
 est appellata. Adiecerunt etiam Rauennam cum  
 Hexarchatu vniuerso: alias præterea multas Ita-  
 liæ partes, armis Picenum vsque, & Spoletum,  
 & Beneuentum prolatis: quibus in locis Duces  
 à se dictos imperare iusserunt, atque hæc omnia  
 dum Imperatores partim ignauia, partim Asia-  
 ticis bellis detenti, hisce rebus parū prospiciunt.

Horum igitur auxiliis Roma destituta, cum nec  
 iam Hexarchorum magistratus essent in Italia,  
 consiliis atque auctoritate pontificum gubernari  
 cepit: qui cum aliquot annis post unam cum Ro-  
 manis ab Longobardis opprimerentur, ad Papi-  
 ni Francorum regis auxilia tandem se receperunt.  
 Qui valido in Italiam exercitu, ubi Longobardi  
 annos ultra ducentos dominatum tenuerant, du-  
 cto, eos inde pepulit: partemque ipsorum impe-  
 rij, quasi belli iure parti, pontifici & Ecclesie Ro-  
 manae condonauit: in quibus non modo Urbi-  
 num, Fanum Fortunae, Eugubium (Igninum  
 olim) multaque alia Romae vicina oppida, verum  
 etiam Rauennam cum Hexarchatu suo: quo con-  
 tineri aiunt quicquid a Placentiae & Papiensis fini-  
 bus Ariminum usque Padum inter & Apenni-  
 num, stagna siue paludes Venetorum, & Adria-  
 ticum sinum clauditur: ad haec ipsum Ariminum  
 ad Togliam flumen, tunc Isaurum appellatum.  
 Pipino autem mortuo, cum denuo pontificibus  
 Longobardi essent infesti, & quae ipsis donata e-  
 rant inuaderent, Carolus eius filius, qui post ob-  
 maximas victorias Magni cognomen tum meri-  
 to est adeptus, eorum imperio funditus euerso, a  
 parte ecclesiae Romanae donata comprobauit:  
 & nominatim Picenum & Spoleti Ducatum, quo  
 Aquila oppidum, Brutiorumque pars continetur,  
 pontifici tum cum Longobardis bellum gereret  
 attributa. Haec sic habere certo affirmat, quibus  
 pontificij quidam scriptores addunt, eundem  
 Caro.



Carolum ecclesiæ donasse Liguriam ad Varum  
 amnem, Italiæ terminū : Mantuam item & quic-  
 quid Longobardi in Foro Iulij, atque in Histria  
 possidebant. Idem quoq; aliquis scribit de Cor-  
 sica Insula, totoq; illo tractu, qui Lunam inter &  
 Parmam interest : ob quæ beneficia reges Gal-  
 liæ celebrati, & honoribus à pontificibus affecti,  
 Christianissimi appellationem sunt consecuti.  
 Pòst etiam anno Salutis octingentesimo, Leo  
 pontifex vnà cum populo Romano (verùm pon-  
 tifex, haud alia auctoritate, quàm vt eius populi  
 caput) eundemmet Carolum Romanorum Im-  
 peratorem nominarunt, nomine quoque ipso  
 hanc imperij partem ab imperatoribus Constan-  
 tinopoli agentibus seiungentes, tanquam Roma  
 prouinciæq; Occidentis ab illis desertæ in peri-  
 culis, propriorum principum tutela opus habe-  
 rent. Hac imperij distractione, transmarini impe-  
 ratores, nec Siciliæ insula, nec ea Italiæ parte,  
 quæ ab vrbe ipsa Neapoli, Manfredoniam vsque  
 pertingens, mari terminatur, (quoniam semper  
 illorum imperium agnouerāt) exclusi fuere: nec  
 ob id de consuetudine qua pontifices Impera-  
 torum, quorum nomine Roma gubernabatur,  
 auctoritate confirmarētur, derogatum est: quin  
 etiam in suis diplomatibus, scripturæ tempus his  
 verbis consignabant: IMPERANTE CAROLO  
 DOMINO NOSTRO. In qua minimè graui vel  
 submissione, vel obseruantia perstitere, dum re-  
 rum euentus animos addidere, vt suo se nutu res

gerent: quippe cū imperatorum potentia debilitari cōpisset, primū dissidiis inter Caroli Magni posteros, dum penes eos imperij maiestas stetit: deinde imperij ad principes Germanos translatione, potentia Caroli Magni successoribus minimē pares, pontifices populusque Romanus, cuius magistratibus Roma cōepit, quamuis perturbatē & confusē gubernari: Imperatorum auctoritati quibuscunq; modis derogantes, lege sanxerunt, ne deinceps pontificum lectio, Imperatorum auctoritate niteretur: quod quidem per annos plures variē seruatum est, prout rerum vicissitudine Imperatorum potentia aut surgebat, aut inclinabat. Quæ postquam ad Othones Saxonas imperium peruenit, exēta: Gregorius Quintus Othonis tertij fauore, qui tum Romæ erat, ad pontificatum assumptus, hinc suæ gentis amore, illinc Romanorum quibusdam iniuriis impulsus, suo decreto legendi imperatoris ius & auctoritatem, ea forma quæ ad hæc vsq; tempora perducta seruatur, in Germanorum nationem transtulit: atque vt pontificibus in imperatores auctoritatem aliquam retineret, eisq; vicem redderet, interdixit, ne quis imperatoris Augustiue appellatione, alioue nomine quā regis Romanorum & Cæsaris uteretur, ni prius imperij coronam à pontifice (vndemos inoleuit, vt ad capiendam coronam Romanam veniant) accipiant. Cæterū Othonibus extinctis, & potentia Imperatorum quòd ad ma-

gnos

gnos reges hæreditario iure Imperium non ves-  
siret, Roma palàm ab illorum obedientia defe-  
cit: multæq; vrbes Conrado Sueuo imperante,  
rebellarunt: & pontifices suæ amplificandæ au-  
thoritati intenti, Rom. ciuitatis dominatum pro-  
pmodum obtinebant: sæpe tamen propter po-  
puli insolentiam & discordias, multis difficul-  
tibus laborabant: quem vt in officio cõtinerent,  
Henrici secūdi fauore, qui tum Romæ erat, pon-  
tificis creandi ius in Cardinales solos transtuler-  
rant. Pontificum magnitudini noua accessio fa-  
cta est. Nam cūm Normanni, quorum primus  
Guilhelmus Ferabrachus est appellatus, ab im-  
perio Constantinopolitano Apulia & Calabria  
subtracta, Robertus Guicciardus ex illa gente v-  
nus, siue vt colore iuris aliquo sese muniret: siue  
quo aduersus eos imperatores potentia se arma-  
ret, siue alia de caussa, Beneuento pontifici, quasi  
põtificij iuris esset, restituto, Apuliæ Calabriæq;  
principatum, quasi ecclesiæ Romanæ fundum  
recognouit: cuius exemplum Rogerius eius suc-  
cessorum vnus secutus, inde pulso Guilermo ea-  
dem familia orto, pòst etiam Sicilia occupata, se-  
rè anno Salutis M. C. x x x. harum prouinciarum  
ius à pontifice accepit: estq; rex vtriusque Sici-  
liæ, quarum vna vltra, altera cis fretum sita est,  
appellatus. Neq; enim pontifices ambitione &  
propria vtilitate adducti, alienam cupiditatem  
& vim fouerè recusarunt. Hac iuris specie freti,  
vltèrius pontifices progressi (vt cupido huma-

na gradum sistere nequit) quosdam reges illis regnis quasi contumaces priuare cœperunt, in aliosq; transferre: quo more ad Henricum Federici Barbarussæ filium, ab hoc ad Federicum secundum eius filium, qui tres ordine Romani Imperatores fuerunt, ea regna peruenere. Verum cum Federicus pontificem bello persequeretur, essentq; illo tempore Guelforum & Gibellinorum factiones excitatæ, quarum alterius caput erat pontifex, alterius imperator: pontifex, mortuo Federico, Carolum Andouinorum & Prouincie Comitem (cuius antea facta mentio est) vtriusque Siciliae regem appellauit: hac lege vt quotannis, auri vnciarum sena milia tributi nomine penderet: ac ne quis eorum regum in posterum imperatoris Romani appellatione posset admittere: quæ exceptio semper ab eo tempore in regni Neapolitani diplomate expressa fuit, nam Siciliae regnum post à Tarraconensibus regibus occupatum, à pontificum obedientia sese subduxit, atq; à tributo pensitando vindicauit. Ad hoc obtinuit fama (etsi haud ita certa, quam ea quæ hætenus dicta sunt) Mathildam principem in Italia præpotentem, ecclesie eam partem Ferrurie donasse, quæ Pescia torrente & Quirici castello in Senensium finibus ab vna parte, ab altera mari in sero & Tyberi amne, quæ hodie Patrimonium Petri vulgò nominatur: & addunt alij, ab eadem Ferrariam ecclesie donatam. Hæc postrema dubia fide retulimus, cæterum multo magis

stitigie dicitur quas ab aliquo scripta sunt, videlicet, Authpertum Longobardorum regem, florente ipsorum regno, eidem ecclesie Alpes Coccias, in quibus Genava, & quicquid ab ea in Provinciam vsq; Romanorum patet: & Luthprandum eiusdem gentis regem, Sabinam Romæ propinquam regionem, Narniam & Anconem, cum aliis quibusdam oppidis attribuisse. In hunc igitur modum rerum statu variante, variz pariter pontificum atque imperatorum res fuere. Nam à primis imperatoribus per multa annorum curricula vexati, post Constantini ad Christum conversione, ab eo terrore liberati, rebus sacris tantum operam dantes, in reliquis Imperatorum auctoritati ferè subiecti, sub eorum umbra quieverunt. In hoc humili statu diutissime post vitam egerunt, ab Imperatorum commercio, propter magnam in Italia Longobardorum potentiam seiuncti. Post autem Galliarum regum beneficio opibus & potentia aucti, cum imperatoribus coniunctissimi steterunt, ab illorum auctoritate, dum imperatoria maiestas in Caroli Magni posteris mansit, alacri animo pendentes, quod quidem fiebat, tum propter beneficia vicissim data & accepta, tum etiam ob Imperatorum potentiam; quæ ubi post cepit inclinare, & quasi flaccescere, illorum amicitia prorsus reiecta, ita se gerere cœperunt, quasi pontificie dignitatis esset leges potius imperatoribus dare, quam accipere. Cumq; à veteri illo quo subiecti imperato-

ribus statu penitus abhorrerent, veritiq; ne illi Romæ atq; alibi antiqua imperij iura recuperare, vt quidam illorum aut potentia maiore, aut animo erectiore efficere conabantur, tentarent, armata vi sese Imperatorum potentia, ab illis tyrannis qui se principes appellabant, & ab illis vrbibus quæ sese in libertatem vindicauerant, nec iam imperij auctoritatem agnoscebant, adiuti, opponebant. Hinc factum est, vt pontifices sibi indies plura maioraq; arrogantes, terroremque armorum cœlestiũ in res terrenas caducas vertentes, ius sibi atque auctoritatem in imperatores, quasi Christi in terris vices gerentes, assumpserunt: affirmantes ad se multis in rebus regnorum atque imperiorum præcuracionem pertinere. Qua persuasione freti, imperatoribus interdum imperij dignitatem abrogabant, Septem viros Augustales, vt alios in eorum locum surrogarent, incitabant. Vicissim quoque imperatores, aut ipsi creabant novos pontifices, aut vt crearentur præcurabant. Ex his controuersis, atque etiam quòd pontifices per annos septuaginta Auenione sedem habuissent, nec non ex illo ecclesiæ dissidio, quòd in Italia, pontifice Romanam reuertente, est exortum, cùm ecclesiæ status admodum concussus ac debilitatus esset, factum est, vt in oppidis ecclesiæ subiectis, præcipuè verò in ea Italiæ parte, quæ olim Gallia togata dicta est, complures in eis ciues potentia cæteris superiores, in sua quisque patria tyrannidem

dem occuparent: quos pontifices aut persequerentur, aut, si ad eos opprimendos impares essent, quasi ecclesiæ beneficio regnare iuebant, aut aliis in eos excitationis, regnandi ius attribuebant. In hunc igitur modum Galliarum togatarum oppida, proprios dominos ac plerosque quasi ecclesiæ vicarios habere cœperunt. Eodem modo Ferraria Actio Atestino à pontifice gubernanda tradita, eidem est post beneficij nomine attributa: ex quo deinde ea familia illustrioribus honoribus titulis est exornata. Sic Bononia ab Ioanne Vicecomite Mediolanensium Archiepiscopo occupata, eidem pari iure concessa fuit. Iisdem quoque de causis in multis Piceni oppidis, diui Petri Patrimonio, & Umbria, quæ nunc Ducatus appellatur, plures reguli, pars inuito, pars ad consentiendum adactis pontifice, sunt exorti: nec Longobardia, in imperij præsertim oppidis, ab huiusmodi mutationibus immunis fuit: sic ut qui in Flaminia atque aliis pontificiis locis dominabantur, à pontificum obedientia deficientes, ad Imperatorum auctoritatem confugerent: & vicissim qui Mediolanum, Mantuam, & alia imperij oppida tenebant, à pontificibus regnandi ius obtinerent. Roma verò quanquam nomen ecclesiæ temporibus illis præ se ferret, magistratibus tamen regebatur propriis & suis: & quamvis initio cum Auenione in Italiam postliminio reuertissent, tanquam domini agnoscerentur, paulo tamen post Romani creato magistratu, quod

Banderensium appellabant; in veterem contumaciam recidere: vnde cum pontificum auctoritas apud eos esset perexigua, & ipsi aliò translata sede, Romam reliquere, donec Romani ad paupertatem redacti, atq; in magnam propter eius absentiam confusionem delapsi, cum annus millesimus quadringentesimus appropinquaret: in quo anno si pontifex in Vrbe esset, sperabant ingentem fore propter annum secularem, quem Iubileum vocant, mortalium concursum, precibus quam demississimis Bonifacium pōtificem orarunt, Romam rediret: id si faceret, Banderensium magistratum abrogaturos, sequē ei obsequentes in omnibus futuros. His conditionibus in Urbē reuersus, dum Romani illius anni questum vnum attendunt, pontifex occupato omni Urbis imperio, Angelicam arcem communiuit, eiq; præsidium imposuit: cuius successores ad Eugenium vsque, etsi non paucis difficultatibus conflictati, nihilominus dominatu post plene stabilito, insecuti pontifices citra vllam controuersiam, Romæ sunt pro sua libidine dominati. His igitur fundamentis & modis ad terrenam potentiam elati, ac sensim animarum salutis, diuinorumq; præceptorum obliui, atque ad mundana imperia omni cogitatione conuersi, nec diuina auctoritate alio, quam quasi telo & instrumento rerum fragilium abutentes, principes potius gentium, quam rerum sacrarum pontifices videri cœperunt. Horum curæ & negocia, non iam  
vita



vitzæ sanctimonia , non religionis incrementa, non erga Deum & homines charitas, sed exercitus, sed bella in Christianos, cogitatione & manibus sanguine resperſis ſacra tractantes: ſed pecuniæ immenſa cupido, nouæ leges, nouæ artes, nouæ inſidiæ ad pecuniam vndiq; cogendam, in hûc finem audaciſſimè arma cœleſtia vibrare, profanarum ſactarumq; rerum nundinationem impudentiſſimè exercere: hinc opes in immenſum adauctæ, & in totam ipſorum aulam effuſæ: ex quibus faſtus, luxus, mores turpiſſimi, libidines, voluptatesq; nefandæ: nulla ſucceſſoribus, nulla maieltatis perpetuæ pontificatus ſollicitudo: ſed horum loco cupido anxia & peſtifera, filios, nepotes, item alios ſibi coniunctos & neceſſarios non modò ad opes immoderatas, verum etiam ad regna & imperia euehendi: non iam honores & emolumenta in merètes & bonos conferendo, ſed plerunque auktionando, aut in homines ambitione, auaritia, & pudendis voluptatibus perditos effundendo. His moribus effectum eſt, vt excuſſa penitens ex animis hominum illa vetere erga pontifices reuerentia: tamen ex parte, eorum auctoritas religionis, qua nihil in terris ad homines vel impellendos, vel retinendos potentius inuenitur, nomine & maieltate, facultate qua pollent, principibus atque iis qui apud illos maximè poſſunt, ſacris beneficiis & honoribus conferendis, gratificandi adiuta ſuſtentetur. Qui cùm ſciât magna ſe in admiratio-

ne mortalium esse: & qui aduersus eos arma sumunt, eos grauis infamiae notam, & saepe numero aliorum principum odia subire: ac quomodo docunque res cadat, perexiguum emolumentum ad eos à quibus oppugnantur, redundare: & victores ex suo arbitrio victoria vsuros: victos, quibus velint conditionibus pacem habituros: ad hæc suos propinquos ex priuata conditione ad principatus attollendi cupidine inflammati, iam per multos annos bellorum auctores, nouorumq; incendiorum faces in Italia extiterunt. Sed vt ad id à quo iustissimus publici damni dolor me longius acriusque, quam leges historiae forsitan permittant, abduxit, reuertamur. *Æmiliae Flamin. &c.*

F I N I S.

